

D E

D Y S P H A G I A

COMMENTATIO PATHOLOGICA

A V C T O R E

G V S T A V O K V N Z E

M E D . D O C T .

SOCIETATIS NATURALISTICAE LIPSIENSIS, HALENSIS, ET OSTERLAND,
WERNERIANAE EDINBURGENSIS, BOTANICAE RATISBONENSIS ALIARVMQUE SOCIO,

ACCEDEUNT TABVLAE II.

ROSENVELLERO ET WEBERO DELINEATORIBVS,

SCVLPTORE SCHROETERO.

L I P S I A E ,

IMPENSIS LEOPOLDI VOS S.

1820.

R32332

Vix puto, ullum inveniri posse in libris nosologicis morbum, qui minus cognitus et imperfectius descriptus sit, quam Dysphagia. Et hoc quidem inde pendere mihi videtur, quod partim veterum medicorum observationes, plerumque incertas obscurasque, hic illic dispersas colligere, molestum judicetur necesse est, partim diversissimae sunt et saepe absconditae satis Dysphagiae caussae, partim denique morbus ipse rarius, et sympatheticus saepius, quam idiopathicus occurrit. Cum tamen curae meae traditus sit aegrotus, forma hujus morbi, cui denique succumberet, satis memorabili affectus: illis difficultatibus obviam ire operae pretium visum est. Consului itaque et veterum et recentiorum medicorum scripta, deque causis formisque morbi variis, quantum fieri posset, me edocere studui. Inde sensim spes et fiducia sucrevit, me ipsum in describenda adumbrandaque Dysphagia periculum facere

posse. Quantum enim mihi innotuit, non solum in compendiis pathologicis ex longo inde tempore neglectus et praetermissus est ille morbus; sed etiam novissimis temporibus praeter STOECKERI dissertationem: *de Dysphagia, Duisburgi 1807.* (quam quidem omni opera adhibita comparare mihi nondum potui) et HUENERSDORFFI scriptiunculam: *de Dysphagia, seu de quibusdam morbis oesophagi chronicis, Marburgi 1806,* monographiae morbi non sunt evulgatae. Hic vero HUENERSDORFFI libellus tantummodo de chronicis Dysphagiae formis agens, novisque observationibus omnino carens, denegat aptum morbi conspectum, quem quidem, si unquam, in adumbranda Dysphagia, morbo tam πολυτροπῷ non utilem solum, imo maxime necessarium existimo. Itaque ut equidem conspectu facilem et naturae convenientem darem morbi imaginem, operam navavi omnem et sejunxi morbum in duas partes, scilicet in Dysphagiā oesophageam et pharyngeam, utramque iterum divisi; priorem vero, de qua uberiori egi, denuo et proprio quidem Marte in plures species distribui. Qua in re hoc praesertim adnixus sum, ut signa morbi numerosa,

ex diverso fonte oriunda, nec non a diversis caussis derivata, sub distinctis quidem sectionibus, attamen continua quasi serie ante lectorum oculos collocarem. Ob intimam vero caussarum et effectuum nexum symptomatologiam a disquisitione aetiologicala separare non possum, et siquidem in ea re ab usu quodammodo dicesisse quibusdam viderer, ab aliis ob brevitatis et claritatis studium me excusatum iri praevideo.

Non minus praetermissi anatomicam et physiologicam adumbrationem earum partium, quarum aegritudines Dysphagia, in primis oesophagea, amplectitur propterea, quod hancce disquisitionem jam ab antecessoribus, GEUNSI, MAUCHARTO, SCHURIGIO, SPIESSIO aliisque factam video ita, ut, quae recentior aetas adjunxit, ex summorum anatomorum et physiologorum AUTENRIETHII, HILDEBRANDTII, LODERI, ROSEN-MUELLERI, SOEMMERINGII, SPRENGELII scriptis facili opera addi possint. Ceterum egregie de oesophagi anatomie disseruit BLEULAND in opere: *de sana et morbosa oesophagi structura L. B. 1785.*; de officio vero partium deglutitioni inservientium SAN-

DIFORTUS: *de deglutitionis mechanismo, verticali sectione narium, oris, faucium illustrato L. B. 1805.* Utrumque libellum iis commendatos velim, qui penitus super hisce rebus edoceri cupiverint. Quod vero proxime attinet ad illustrandum morbum ex anatomie et physiologia, id in decursu scriptiunculae in legentium memoriam revocare studui.

Ceterum hunc ordinem servavi, ut in sectione prima Dysphagiae in universum historiam literariam traderem (§. I.) deinde de definitione, de nomine (§. II.) et de divisione (§. III.) dissererem. In altera sectione seorsim illas organorum deglutiendi aegritudines descripti, quae in oesophago locum habent. Ibi, constituta diagnosi, (§. I.) aetiologyam fusi pertractavi, disserui de caassis a climate, constitutione, vitae ratione petendis, tum vero propiores examinavi, divisi, in ordinem redegi, inde diversas morbi species derivavi, observationes veteres collegi, novas quasdam et in his memorabilem a me ipso factam addidi, symptomata specierum adumbravi, therapeuticas animadversiones, ubi ad explicandas morbi historias necessariae videbantur, adspersi. Quantum ad therapiam

possem quidem et vellem plura exponere, id tamen non prius fiet, quam pathologicas hancce observationes eruditis et aequis lectoribus mon omnino displicuisse cognovero.

Dum typis mandaretur libellus in manus meas incidit CL. HARLESII *Rheinische Jahrbücher der Medizin und Chirurgie*, tom. I: fasc. 2. Inest rarissima coeci oesophagi exittus observatio. (conf. commentationis nostrae p. 16. nota) in foetu maturo, praeter hoc unum formationis vitium perfecte formatum. Cum omnia ingesta per os et nasum rejiceantur, octavo demum die inedia miserandus infans conficiebatur. Oesophagus in tertiae vertebrae dorsalis regione attenuatus et clavatus, superius etiam ventriculi ostium parimodo occlusum reperiebatur. Patet ex hac observatione, hancce oesophagi deformitatem caussis Dysphagiae oesophageae organicis sub nomine oesophagi coeci esse inserendum.

Restat id, quod aptius in fronte, quam in calce praefaminis posuissemus, scilicet ut Viris Academiae Lipsiensis Celeberrimis, qui partim consiliis, partim bibliothecae opibus, partim delineandi artis dexteritate in elaborandis hisce studii medici primitiis insigniter

me adjuvarunt, debitas persolvam gratias.
Obstrinxerunt me hisce summae humanitatis
ac comitatis beneficiis p[re]ae ceteris Ill. et
Splend. CLARUS, Magn. et Excell. KUEHN-
NIUS, Magn. et Excell. LUDWIGIUS, Magn.
et Ill. ROSEN MUELLERUS. Similibus fa-
voris et amicitiae documentis me obligarunt
Viri Experr. et Clariss. CERUTTI, CHOU-
LANT, PUCHELT, WEBER. Vos omnes
summum conservet numen ad seram usque
senectam incolumes mihiq[ue] benevolos! Prae-
ter hoc nil magis in votis est, quam ut di-
gniora Vobis animi pietatis ac venerationis
specimina in posterum offerre mihi liceat.

Scribebam Lipsiae, mense Decembri 1819.








Fig. 1.

Tab. II.

Fig. 2.





S E C T I O I.

De Dysphagia in genere.

§. I.

Historia literaria.

Respicientes ad artis salutaris incunabula, vestigia dysphagiae prima invenimus in illa faucium et pharyngis inflammatione, de qua sermo est apud Coum medicorum abavum lib. III. de morbis cap. X. sub nomine *κυναχη* et, quando levior affectus erat, *παρακυναχη*. Aliter enim esse nequit, quam ut illae inflammations impeditam et dolorosam deglutitionem comitem habuerint. Neque minus, testante GALENO, illa dysphagiae species HIPPOCRATI nota fuisse videtur, quae a luxatione vertebrarum colli producitur. Dixit enim Aphor. XXVI. sect. III. de luxationibus vertebrae, quae ad occiputum, alio vero loco Epid. III. eorum, qui angima laborabant, vertebrae intro versas; quibusdam amplius, quibusdam minus. Spastica vero etiam dysphagia, eaque tetanum concomitans jam HIPPOCRATI innotuit; monet enim de morb. lib. III. cap. XII.: tales aegrotos, dum morituri essent, potionem per nares rejecisse, convulsis nempe pharyngis et oesophagi muscularis.

A

CELSUS de med. lib. IV. cap. IV. leviter tangit anginae species a Graecis distinctas; omnibus vero haec signa tribuens: aeger nec cibum devorare, nec potionem potest et s. p. Alio loco lib. VIII. cap. XIV. idem dicit: bibere non posse hominem capite luxato. Qui vero CELSI locus lib. IV. cap. IV. §. 3. a GEUNSIO ad exulcerationem oesophagi refertur, valet potius de faucium ulcerosa conditione; alioquin de gargarizationibus sermo esse non posset. ARETAEUS narrat de cur. morb. acut. lib. I. cap. IX. hominem, cui ex ulceratione oesophagi cicatrix remanserat, dysphagia laborasse et demum fame periisse. Alibi vero, de causs. et sign. acut. morb. lib. II. cap. II. refert: fieri interdum absque magna sanguinis jactura rupturam canalis, et signa hujus aegritudinis pathognomonica enumerat, memoratu dignissima.

Nunc ordo noster tangit GALENUM disertins de dysphagia agentem et variis quidem locis: scilicet de impedita a lordosi vertebrarum colli deglutitione de loc. aff. libr. IV. c. III. de contractione, collapsu, compressione nec non inflammatione oesophagi loquitur ibid. lib. V. cap. V. Et excrescentiae carnosae, ut dysphagiae caussae, notitia non omnino fugiebat GALENUM; ait enim de sympt. causs. lib. III. c. II. interdum carnosi aliquid in stomacho nasci, quod cibis viam plus minusve occludat. Neque paralytica partium deglutitionis affectio innota illi mansit, ait nempe de loc. aff. lib. V. cap. V. impotentiam deglutiendi aegrotos

quandoque percipere. Callosae vero oesophagi fabricae et inde natae dysphagiae primam exhibuit observationem CAELIUS AURELIANUS de morb. chron. lib. III. cap. II. Porro anginam a vertebrae colli luxatione veteres cynachem vocasse, AETIUS Tetrab. II. serm. IV. c. 47. testatur. Quod ad PAULUM AEGINETAM attinet, illum quadrifarium circa gulam statuisse inflammationem, quoad sedem mali in internis aut externis laryngis, aut pharyngis musculis, legisse memini.

In illa historiae medicinae periodo, qua medica peritia ad orientem migraverat et apud Arabes in primis floruit, vix ad auctum est nostri morbi notitia. De paralytica dysphagia aliquid Arabi medico AVENZOAR immotuisse, nil vero novi, uti FREINDIUS in hist. med. contendit, sed jam GALENO dictum, ostendit BLEULAND de sana et morb. coes. struct. p. 56 et 57. Dysphagiam vero a molilitie et arrosione vertebranum colli exortam Arabes cognoverunt, testante, secundum cl. SPRENGELII auctoritatem *), WEIGELIO in bibl. med. chir. italiana. Sed transcedendum mihi est ad reversam in Europam iatricen. Egregias observationes litteris mandarunt FERNELIUS op. path. lib. IV. SCHENKIUS A GRAFENBERG obs. med., qui in primis sectionibus morbum illustravit, porro HOLLERIUS (s. HOUPLIER), J. HEURNIUS, J. RIOLANUS, F. PLATERUS, qui ipse dysphagiam paralyticam percessus est et FR. SYLVIUS. Sedulo collegit ob-

*) Pathologia gener. p. 461.

servationes, in primis ex anatomia pathologica TH. BONETUS in celebri satis sepulchreto s. anatomia medica, post illum vero ZACUTUS LUSITANUS, judaeus medicus, ETTMÜLLERUS et SYDENHAMUS de morbo disseruerunt. Nunc immortalis MORGAGNE in aureo illo libro de sedibus et causis morborum pro more BONETI scripta egregie explanavit, emendavit et auxit, et dysphagiae historiam pathologicam, anatomicam, therapeuticam insigni modo excoluit. Postea dissertationem de tumori- bus induratis in faucibus et oesophago latentibus A WULLEN Groningae edidisse, e PLOUCHETO comperatum habeo. Jam incipit summorum medicorum dysphagiām illustrantium, quibus abundabat saeculum praeteritum series: H. BOERHAVE in aphorismis et historiis morb. atroc. HALLERUS in element. pliysiol. F. HOFFMANNUS, qui in medicinae rationalis systemate et in diss. de morbis oesophagi resp. BOEHMIO Halae 1722. egregie auxit hujus morbi notitiam. Sequitur SWIETENIUS, eximius BOERHAVII commentator. Porro SCHURIGIUS in chylologia historico-medica (Dresdæ 1725) sedulo conquisiverat observationes, quas varii medici, in primis in Ephemeridibus et actis societatis naturae curiosorum caesareo-Leopoldinac evulgaverant. Hic silentio praeterire nequeo GAUBIUM, qui in institutionibus pathologicis varias dysphagiae species enumeravit. Interim Lipsiae anno 1737 WALTHERUS dissertationem de deglutitione naturali et praepostera conscripsit atque defendit. Anno vero

1742 Tubingae; praeside MAUCHARTO publice defensa est a BEUTTELIO quodam dissertatione, cui titulus: de struma oesophagi hujusque coitali, difficultis ac abolitae deglutitionis causis, in qua doctrinam insignem conjunctam reperimus cum numerosis observationibus, memoratu neutiquam iindignis. Susceptus quoque libellus est in HALLERI disputatt. chirurgic. tom. II. no. XLIX. Mox illam secuta est alia morbi monographia ab auctore ZINCKERNAGEL praecep. VATERO Vitebergae defessa anno 1750 et ita inscripta: de deglutitionis difficultis et impeditae causis abditis. Continet ea quatuor casus a praeside observatos et theses quasdam, anatomiam, actiologiam et therapiam spectantes. Eodem anno Hagae cel. ANTONIUS DE HAEN diss. edidit. de deglutitione, vel deglutorum in cavum ventriculi descensu impedito; idem vero egregius observator in opusculis illis posthumis ab EYERELIO Vindobonae 1795 publici juris factis de dysphagia egit. Non minus anno 1750 TRILLERUS diss. de fame letali ex callosa oris ventriculi angustia edidit in ipsius opusc. med. tom. I. et in HALLERI collect. diss. pract. tom. III. iterum impressam. VAN LILI scriptiuncula: de angina scirrhosa L. B. 1760 praeter observationem; infra laudandam, nil novi continet. De polypo gulac disseruit S. SCHNEIDER Delitii 1762. Non ita vero multo post 1764 J. C. GRAEFIVS, Altorsiensis, casum he callosa excrescentia, oesophagum obstruente excudi jussit. De simili quoque induratione egit

GYSERUS diss. de fame lethali e callosa oesophagi angustia Argentorati 1770. Singularem vero et prosceto eximiam illius temporis de dysphagia in primis spastica et paralytica notitiam probavit R. A. VOGEL in suis paelectionibus academicis de cognosc. et curand. praecip. C. H. affectibus, Goettingae 1772. Nunc inflammatoriam morbi speciem insigniter tractavit HONKOOP in specim. inaug. med. cui titulus: de morbo oesophagi inflammatorio, L. B. 1774. Tum vero medicus, non minus natione Belgus, JANUS BLEULAND primo 1780 libellum edit inauguralem: de difficulti aut impedita alimentorum depulsione, cuius quidem epitome paullo post apparuit in libro: Genees-Natuur-en Huis-hondkundig Kabinet, uitgeeven door J. VOEGEN VAN ENGELEN te Leyden Deel II. p. 209. Eadem versione Germanica contenta est in: Auserl. Abhandlgn. z. Gebr. pr. Aerzte tom. IX. p. 676. sqq. Auctam vero et emendatam dysphagiae oesophagae historiam idem BLEULANDUS absolvit in opere novissime edito: observationes anatomico-medicae de sana et morbosa oesophagi structura c. fig. L. B. 1785. Interim societas literarum Haarlemensis medicorum Batavorum ingenia in morbum nostrum convertit, praemium constituens illi, qui optime hisce responderet quaestionibus:

- I. quaenam caussae sunt letiscrac illius deglutiendi difficultatis, quae lentius in oesophago oriri solet?
- II. unde accedit, ut morbus nunc frequentior, quam antea, praecipue in Belgia observetur?

III, Quibus remediis illi morbo occurendum et mendendum erit?

Lauream inde reportavit MATTHIAS VAN GEUNS dissertatione, cui modestus titulus: de caussis impeditae deglutitionis, recepta in actor. Haarlemens. tom. IX. fasc. I. et vernaculo idiomate redditu in Auserl. Abhdlgn. z. Geb. pr. Aerz. tom. IV. p. 171. sqq. Nisi eadem, tamen laude sua omnino dignum tractatum, palmam pariter ambientem, A. P. NAUYS conscripsit, quem societas supra memorata in eodem actor. tomo typis mandari jussit. Et hujus epitomen Germanicam dederunt selectae illae diss. in usum med. pr. tom. IV. p. 3. sqq. Jam sermo noster iterum incidit in duas monographias, quarum altera, Goettingae 1781 defensa, sistit caussas difficultis deglutitionis (sedulo collectas) auctore C. C. HAASIO; altera brevissima et admodum manca respicit potissimum caussas morbi dynamicas. Haec inscripta est: de deglutitione difficiili auctore A. W. BRANDS - SCHIPPERS, et Giessae in lucem prodiit 1786. Compendium pathologico-anatomicum Mag. C. F. LUDWIGH: primae lineae anatomiae pathologicae Lipsiae 1785. p. 38 et 39. praecipuarum pharyngis et oesophagi aegritudinum organicarum impertit notitiam. Interim vere clar. F. B. DE SAUVAGES (s. Salvagesins) in nosologia sua methodica (ed. DANIELI tom. IV. p. 120 sqq.) fines morbi certiores ac meliores constituerat, signa pathognomonica egregie recensuerat; et nomen aptius prioribus tribuerat. Illum postea sequebatur

praeter SAGARUM (*systema morb. sympt. Viennae 1776. p. 387 — 90*) et CULLENIUM *Synops. nosol. method. ed. 2.* FRANKII *Ticini 1790 p. 268. sqq.* cel. BURSERIUS DE KANILFELD, qui in institt. med. pract. (*op. posth. ed. nov. Lips. 1798 tom. IV. p. 289. seq.*) diserte egit de nomine, caussis, diagnosi, prognosi et curatione morbi, variasque novas addidit observationes. Dein G. G. PLOUQUET resp. MEMMINGER diss. conscripsit, *Tubingae, 1792. editam*, quae onomatologiam continet locupletissimam; imo potius nimiam, nam interdum, necessitate minus urgente, nomina mutata reperiuntur. Interim auctor cel. multos comparavit et citavit libros circa dysphagiam conscriptos. Titulus illius est: diss. in. med. qua dyscatabrosis, pharyngeooesophagea thliptica, choeradica casu illustratur. Paullo post idem medicus, insigui pollens eruditione, ut specimen edendi libri: initia bibliothecae medico-practicae chirurg., rem literariam ad deglutitionem difficilem spectantem absque titulo in primi curavit et immutatam dein secundo bibliothecae tomo *Tubingae 1794 editae* recepit. Jam J. E. WICHMANN in suis ideis diagnosticæ inseruentibus ed. I. 1794 — 97. ed. II. tom. II. 1800. p. 162. sqq. insigni modo propriis observationibus illustravit morbi diagnosin et medelam. Etiam L. F. B. LENTINUS in: *Beyträge zur pr. Arzneiwiss. tom. II. 1798. p. 209. sqq.* de singularibus quibusdam oesophagi morbis probe disseruit. Ea vero, quae in cadaverum sectionibus animadversa sunt,

optime retulit BAILLIE (morbid anatom.) in meliorrem ordinem redigerunt et amplificarunt VOIGTLIUS in anat. pathol. PARTALIUS (Cours d'anat. médicale) et VETTERUS in Aphorismis patholog. anat. Eodem fere tempore prodierunt: Sectiones cadaverum pathologicae, diss. auctore C. J. KNEPPELHOUT, L. B. 1805. quae maximam partem ad dysphagiam spectant eamque illustrant. Nunc propriis licet observationibus destitutus PH. HUENERSDORFFIUS specimen edidit inaugurale Marburgi 1806 de dysphagia, seu de quibusdam morbis oesophagi chronicis, inscriptum; nihilvero secius acutas quoque dysphagias continet. Omnino compilatio est; sed pessimo ordine, sive potius nullo confecta. Eodem anno certa aliqua dysphagiæ species, adversante licet G. FLEISCHMANNO, secundum OTTONIS et KREYSIGH sententiam, quacum mea perfecte consonat, non amplius dubia, eximie descripta exstat in diss. inaug. de dysphagia lusoria, Tubingae, praeside AUTENRIETHIO, a PFLEIDERERO defensa. Varia in illa reperiuntur de vasorum decursu enormi et de dextri humani corporis lateris valore eaque egregie dicta. Vernacula lingua redditæ est in REILII promptuario physiologico tom. VII. p. 145. seqq. Doleo STOEKERI opusculum, quod, de dysphagia inscriptum, anno 1807 Duisburgi editum esse, a JOURDANO didici, inspicere me non valuisse. Nunc K. G. SCHMALZIUS in tabulis diagnosticis Dresdae 1808 tab. XXIX. signa morbi sedulo compilavit; haud pari fortuna in

distribuendo morbo usum fuisse, infra monstrabo. Exinde vero, exclusis illis, quae JOURDANUS in lexico medico Gallico, articulo: dysphagie et PLUCQUETUS in ditissima sua literatura medica digesta Tubingae 1808 vid. deglutitio difficultis, exhibuerunt, quantum mihi innotuit nihil, quod universum morbum spectet, publici juris factum fuisse videtur. Tantum enim abest, ut compendia pathologica recentiora hujus morbi historiam absolverint, ut potius plurima ne verbum quidem de dysphagia exhibeant. Varios vero casus, hercule numerosos; sed huc illuc dissipatos non hic; sed alio et suo quemcunque loco notabo, ne lectorum indulgentiam ac patientiam exahuire videar et accuser.

§. II.

De definitione ac nomine.

DYSPHAGIA est morbus, in quo vel pharyngis, vel oesophagi, vel utriusque officium a qualibet caussa ita jacet, ut ingesta aut plus minusve retineantur, aut delabantur in ventriculum.

Hancce definitionem ab omnibus, quae adhuc constitutae sunt, maxime differre, eamque fines morbi solito magis dilatare neutquam ignorantes, considerimus tamen, eam a quovis, antea exhibitas definitiones comparante et morbi indolem rite perspiciente, haud plane ineptam judicatum iri. Hunc ad finem liceat, ad recentiorum quorundam medicorum opiniones paullulum respicere. CL. SAUVAGES ait l. l.: „dysphagia difficultas et dolor est,

deglutitionem masticationemque concomitans, nec raro impediens sine notabili respirationis laesione, unde ab angina discrepat.“ Plura sunt, quae in censem hic vocari debent: primo quidem falsum est, dolorem in definitione esse susceptum, qui quidem saepius deest, quam adest, quod, ubi fit, non solum deglutitionem concomitatur, immo continuus interdum observatur; tum vero dysphagia, ex nostra quidem opinione, infra comprobanda, masticationis vitia neutiquam in se continet. Porro auctor veritati repugnat, dicens: notabilem desiderari respirationis laesionem; tantum vero abest, ut ejnsmodi aut pulmonum aut tracheae et laryngis irritatio non reperiatur, ut potius propter illorum instrumentorum vicinitatem et consensum saepissime locum habere soleat. Contra vero in plerisque levioribus anginis non observatur. Nolo ceterum monere et logices praeceptis non omnino esse adaptatam illam definitionem; sed transeo ad aliam a BURSERIO DE KANILFELD l. supra c. datam, quae hisce inest verbis: „dysphagia, videlicet difficultis, ut a nobis acepitur, aut impeditus alimentorum potusve in ventriculum descensus.“ Siquidem in SAUVAGESII definitione redundare aliquid videbatur, in hac deesse aliquid, persuasi sumus. Excluduntur scilicet ea pharyngis vitia (sub anginis a BURSERIO descripta) quae, quod infra fusius demonstraturi sunius, necessario dysphagiis adnumerantur; non minus omissae sunt eae dysphagiae species, quarum symptoma delapsum ingestorum

per patentem oesophagi canalem agnoscimus. Si miles dubitationes contra VOGELII definitionem sponte ex antea dictis in conspectum lectorum venient. Leguntur apud auctorem illum l. c. p. 331. hacc: „impeditae deglutitionis nomine primo illud vitium miserabile mihi significatur, ubi deglutitis rebus descensus in ventriculum denegatus est sic, ut in oesophago alicubi, data obice, obhaerescant atque non nisi vi ac molestia in ventriculum de-pellantur.“ HUENERSDORFFIUS in dissertatione de dysphagia recepit ipsissima VOGELII verba iisque denique addidit: „nec non in os resiliunt“ (sc: alimenta), quae quidem planc supervacanea dicta videntur. Ceterum utraque definitio summum dysphagiae gradum et frequentem exitum, nempe aphagiam, excludit. Similiter alii, in primis Belgi medici respexerunt tantum ad oesophagum et impeditum aut retardatum alimentorum descensum. Rationes vero, cur ab usu et consuetudine recessim, jam explanare et defendere studebo. Possumus duplii quasi ex parte intueri morborum corporis humani scriem, altera, quoad locum et organa, quae occupent; altera quoad functiones, quas laedant. Fatendum quidem est, utrumque interduni, imo plerumque concurrere; saepe vero etiam maxime distinguendum esse invicem. Ut quisque facile intelligit, hic ad sympatheticorum morborum numerosam respicitur cohortem. Sicuti vero aegritudinum disjunctiones secundum singulas corporis partes, systemati medicae artis maxime

prospicere: ita illarum contemplationem; respectu ad functiones habito, usui practico et nexui morborum rite cognoscendo in primis inservirc, persuassissimum habeo. Propter ea oinnia, quae functionem corporis, primariam certe, vel idiopathico modo: vel sympathico, turbare valcant, in seriem arbitror disponenda atque ita consideranda Nihil inde refert: sive causae adsint in ipsis illis instrumentis, quorum officia laeduntur: sive extra ea. Perficitur autem deglutitionis functio pharynge et oesophago: itaque illorum aegritudines et vicinarum partium, quibus deuteropathice afficiuntur, considerandae sunt ab illo, qui universam dysphagiae historiam elaboraret. Jure vero omitti possent dentium, linguae, faucium, uvulae, palati aliarumque partium, quae masticationi et transglutitioni*) inserviunt, vitia; ea enim seorsim denominanda ac consideranda mihi videntur.

Quod ad alteram attinet definitionis meae partem, qua dixi et delabi in morbo posse ad ventriculum, quae ingesta fuerint, ea etymologiae inominis, ac notioni consuetae, me contradixisse quibusdam videri posse, nullus quidem dubito; sed videri tantummodo, spero atque confido. In dupliqui dysphagiae specie illud, ut impeditae oesophagi actionis signum animadversum est. Altera species, tubi cartilagineus et osseus fucrat patens oesophagi

*) Qualem van GEUNS apte vocavit illam linguae et muscularum colli actionem, qua bolus per sauces ad pharyngem detruditur.

canalis, relata est a VICTORIA GIORNA summo MORGAGNIO *); alteram praebet paralysis oesophagi loealis, ea nempe, ubi eireulares fibrae corripiuntur. Tum enim necessario longitudinalium aetio pravalet, ita continuo patet canalis, in sano statu collapsus et per consequens ruunt ingesta, in primis liquidiora, ad ventriculum, stridore quodam singulari**). Sed nonne excludendi sunt e dysphagiæ ditione illi oesophagi affectus, quibuscum conjunetus est faciliis alimentorum in ventriculum descensus? — nonne reniti videtur illud signum etymologiae verbi dysphagia? — nonne certe illud nonen est mutandum? — Neutquam, respondeo. Nam hoc modo affectiones, maxime affines, ex. g. paralysis fibrarum transversarum ac longitudinalium separarentur ut morbi distincti generis. Neque mutandum nobis videtur nomen: particula etenim ὀψ; primo quidem sensu: aegre, difficulter significat; dein vero etiam sensum reddit & privativi. Derivatum autem illud a verbo γαγειν non ingestorum in ventrienum deseensum; sed munus illud pharyngis et oesophagi naturale rite designat, quod deglutitionem appellamus, quodque eonsistit in motu illorum organorum peristaltico, quo nutrimenta, praeterquam, quod in ventriculum deueluntur, simul variis humoribus, digestionem praeparantibus

*) vid. infra inter caussas dysphagiae oesophageae induratio cartilaginea.

**) Quod a quibusdam scriptoribus deglutitio sonora vocatur.

imbuuntur. Abesse aut impediri itaque potest motus ille organorum deglutitionis peristalticus; supprimi potest ista glandularum secretio, et tamen non impeditur ciborum ac potnum descensus. Sed aliam contra vocabuli: dysphagia, usum dubitationem movit PLOUCQUETUS in diss. supra l., ubi dicit: „deglutitio difficilis, impedita male ab aliis dysphagia dicitur. Hacc enim appellatio coonestionis difficultatem designans ad universi negotii, quod capiendos cibos attinet impeditamenta, adeoque non modo ad deglutitionem, sed et assumtionem ciborum et manducationem spectat, quae tamen functiones sunt diversae; quarum vitia omnino separatim considerari debent. Nostram denominationem compositam ex δύσ, aegre, male et ματαβρωσις, deglutitio, ipsam rem exprimere quiwsi et linguae et rei gnarus facile videt. Comprehendit ea itaque impeditamenta depulsionis in et per oesophagum omnium, quae homo deglutire cupit et s. p.“ Aliiquid profecto veritatis hisce tñiest verbis; attamen persuadere mihi nequeo verbum: dyscatabrosis melius esse, quam dysphagia. Nam ματαβρωση significat et devorare et deglutire, haud aliter, ac φαγειν tam manducare, quam comedere denotare solet. Neutquam probabile videtur, in lingua graeca hasce corporis humani functionum notiones tam acriter fuisse distinctas. Itaque usum et analogiam sequamur: omnes autem recentiores medici, excepto PLOUCQUETO, nisi sunt Salvagesiano vocabulo et jam Graeci deglutitionis

instrumenti verbum (*οἰσοραγός*) ex eadem radice formarunt. Negandum vero non est: sin haecce denominatio, dysphagia, prius ad transglutitionis vitia fuerit delata, vitia deglutitionis dyscatabro- seos nomine optime potuisse insigniri. Terminis acatabrosis, acataposis, aphagia, aglutitio(!) eo facilius possumus supersedere, quoniam gradum tantummodo indicant morbi, nunquam certo distingendum. Reliqua nomina morbo imposita haec fere sunt: latina: deglutitio impedita, laesa, dif- ficultis, suppressa, praepostera, abolita, angina in- flammatoria, scirrhosa et. s. p. oesophagismus, strictura, struma oesophagi. Germanica: *Er- schwertes, verhindertes Schlingen, Schverschlingen, Dysphagie.* Gallica: difficulté à avaler (SAUVA- GES) d'avalier, (PORTAL) dysphagie. Belgicum: belette doorzwelging. Minoris momenti nomina partim in historia literaria adducta, partim, quoad oesophageam dysphagiam spectant, in ejus descri- ptione aetiologicala infra adducenda.

§. III.

De dividendi ratione.

Priusquam inquiram, an certo morborum or- dini et cuinam dysphagia adnumeranda sit, nec ne: pauca monenda mihi videntur de dubitatione: num morbus sit dysphagia? — Quantum scio, unus JOURDANUS (Diction. des scienc. méd. art. dyspha- gie) illam movit quaestionem, dicens: „la dyspha-

gie n'est donc point à proprement parler une maladie et ne doit d'être considérée, que comme un symptôme, toujours alarmant.“ Nolo recoquere crambem illam de morbi et symptomatum differentia, quam quidem nullius existimo momenti; reticere vero nequeo: repertiri omnino dysphagiae species, vere idiopathicæ e. g. inflammatoriam spasticam et alias, nec possum, quin ad eos, qui in JOURDANI sententiam abire velint, quaestione dirigam: utrum hydrops debeat morbus nominari, quoniam, ut sexcenti alii morbi, symptomaticus occurrit, nam forsitan symptoma? Hoc vero facile concedo: et hydropem, et dysphagiā morborum genera appellari posse. Quare patet, haud facili negotio dysphagiam nostram ordinī vel classi cuidam morborūm esse adnumerandam. Nemo enim negabit, ubi spastica vel paralytica, ad nervosi: ubi a pulmonum vel arteriarum vitiis producta; ad irritabilis: ubi demum a glandularum, hepatis, lienis induratione ac tumore provocata, ad reproductivi systematis morbos redigi posse. Sed, cum organa illa, quae semper, vel idiopathicæ, vel sympathicæ afficiuntur, tubi cibarii partem constituant, cumque ad aucto morbi impetu, reliqua reproductionis organa quam maxime et præceteris laedantur et demum mors ex atrophia sequi soleat, dysphagiā pro systematis reproductivi morbo declarare, non dubitamus. Non vero sufficit, scire cuiusnam systematis morbum dysphagia sistat; sed, cum munus

illud, quod inde laeditur, ad servandam humanam machinam maxime necessarium, sensu quidem latiori, varias diversarum corporis partium actiones expostulet, cum aegritudines illorum instrumentorum, quae organa deglutitioni inservientia proxime circumdant, etiam variae reperiantur, cum qua haec momenta, modo memorata, formam et decursum morbi valdopere immutare valeant: facile appareat: morbum nostrum maxime polymorphum jure in varias species esse distribuendum, ut conspectu facilior reddatur. Qua quidem re persuasi practeriti aevi scriptores nonnullas distributiones sunt experti; sed nondum perspecta morbi natura, et nimis neglectis logices praceptis, non prospera; nec vero pari fortuna. Quod ad notio nem morbi attinet, illam variis temporibus diversam fuisse, jam supra, ubi de nomine locuti sumus, adnotavimus. Modo enim non oesophagi et pharyngis solummodo aegritudines; sed faucium et oris, quid? quod? dentium mala sub deglutitionis impeditae nomine intellexerunt: modo fau cium morbos excluderunt, ad anginas eos relegantes; modo oesophagi tantum morbos, eosque chronicos huc traxerunt. **GALENUS**, testante **GEUNSO**, de tribus stomachi, i. e. oesophagi morbis seorsim agit: de obstipatione, collapsu s. relaxatione et compressione; alio vero loco de fau cium et oris morbis disseruit. Illam **GALENTI** divisionem, paucis mutatis, plurimi veterum scriptorum retinuerunt. **SAUVAGESIUS** triginta et quatuor species

enumerat, absque certo divisionis fundamento se-
iijunetas. VAN GEUNS, NAUYS, BLEULAND, alii-
que jam quoad caussas morbum bene distinxerunt;
ssed eae tam copiosae, tamque variae reperiuntur,
ut, nisi iterum ad classes redactae, nihil illustrare
possint. Similia principia secutus PLOUCQUETUS
in diss. supra l. viginti et unam suae dyscatabro-
sseos species excogitavit, aliquas earum iterum di-
visas. Meliori jure WICHMANNUS in ideis diagno-
sticis bifariam constituit dysphagiam: I. idiopathi-
cam, II. sympatheticam. Sed et haec divisio in-
ffirma esse videtur; nam cum morbum idiopathicum
omnino illum voceimus, cujus symptomata,
inter se congruentia, ex fonte unico, nempe ex or-
gano primario affecto, derivari possunt: facile
quisque intelligit, sympathicum quemcunque, tur-
lbato vel suppresso remoto illo, unde originem
aduxit fonte *), saepissime pro idiopathicu haberri
posse. Valorem illarum notionum optime quo-
que aestumavit Celeb. SPRENGEL, haec dicens in
instit. med. patholog. generalis p. 59.: „ea discri-
mina nequaquam adeo essentialia esse, ut vel clas-
ses morborum, vel genera constituant, cuivis pa-
tit: raro species morborum, ut plurimum varie-
tates sistunt.“ Omne dividendi principium des-
ideratur in divisione SCHMALZII tab. diagn. XXIX.
I. Dysphagia inflammatoria. II. Strictura oesophag-

B 2

*) Quo factō non semper, uti proverbii loco dici solet,
cessat effectus.

gi vera. III. Strictura oes. spasmodicā: Dysphagia atonica. Singulæ classes iterum dividuntur; sed vix aptius. Alii ad mali diurnitatem, alii ad febris praesentiam, alii ad alia respexerūnt.

Evidem hancce commendarem disjunctionem:

Dysphagia

I. <i>oesophagea</i>	II. <i>pharyngea</i> *)
A. <i>organica</i>	B. <i>dynamica</i>
1) a strictione	1) <i>cum aducta sensibilitate</i>
2) ab obstipatione	a) congestio
3) a compressione:	b) inflammatio
	c) spasmus.
	2) <i>cum imminuta sensibilitate.</i>
	a) stagnatio
	b) paralysis
	c) gangraena et sphacelus.

Utramque tubi cibarii partem, et pharyngem et oesophagum deglutitionis proprias d. munere fungi, notissima res est; neque minus priorem in hunc transire. Propter hoc dubium oriri possit,

*) Haec eodem ac oesophagea modo dividitur.

utrum prima nostra distinctio facta potius, quam a natura suasa, et scholastico potius usui, quam practico fuerit adaptata. Sed pensitent vituperaturi, discrimen adesse et anatomicum et in primis physiologicum, ex eo vero et pathologicum et therapeuticum necessario sequi. Tantum enim abest, ut discrimen unicum existat in fabrica partium, ita quidem, ut pharynx transversis fibris muscularibus; oesophagus vero externe circularibus, interne longitudinalibus sit compositus et q. s. a.; ut potius functionibus maxime inter se differant. Simulac enim, cl. SPRENGELII verbis utar (Inst. med. phys. tom. I. p. 327.) pharynx in oesophagum habet, desinit etiam voluntatis imperium, quod manifestum adhuc in pharynge observatur. Ceterum jam GEUNSIUS innuere videtur hancce nostram divisionem ubi ait, posse illud impedimentum deglutiendi, quod in pharynge locum habet: impedita transglutitio (*Durchschlingen*); quod vero in oesophago: impedita deglutitio (*Hinterschlingen*) nominari. Haud plane absimili sententiae PLOUCQUETUM favere c loco supra c. patebit.

Sed redéo, unde digressus sum, ad subdivisio- nem utriusque dysphagiæ classis in organicam et dynamicam. Licet equidem longe alienus sim, vires a materie separare velle; tamen illam distinctionem jure censco assumendam. Verissimum quidem est, nullum s. d. organicum morbum absque virium aberratione oriri posse; attamen intercedit huic mutationi momentum, saepius observandum;

ubi transit morbus dynamicus in organicum.. Plerumque tum observatur, cum solis organismi viribus illa fabricae partium transmutatio ad statum naturalem reduci amplius nequit. Discrimen illud usum imprimis practicum spectare: quisque facile intelliget. Sed dysphagiae organica iterum esse potest triplex, respectu ad oesophagi canalem habito:

1) *D. stringens.*

A caussis intra oesophagi aut pharyngis tunicas natis, quibus libera, aut partis, aut totius instrumenti actio tollitur, absque obstipatione aut compressione. Ita ex. g. agunt induratio, perforatio, ruptura et s. p. Neque contradicit huic definitioni dilatatio canalis.

2) *D. obstipans.*

A caussis in interna oesophagi aut pharyngis superficie, aut vicinarum partium oriundis, quibus repletur vel occluditur lumen oesophagi mechanica ratione, saepius absque reliquarum tunicarum mutatione et absque sublato partium motu. Huc spectant excrescentiae omnis generis in canali oesophagi: carunculae, polypi (hi quoque vicinarum partium, narium, fauciuni, cum dependent ad pharygeum et oesophagum) et tumores in universum.

3) *D. comprimens.*

Caussae extra oesophagum aut pharyngem positae, quibus mechanica ratione comprimuntur tu-

nicae et clauditur ita a latere lumen partium deglutionis. Pertinent ad hanc speciem organorum nonnullorum, in primis glandularum tumores, vasorum dilatationes, partium vicinarum steatomata, sarcomata, et s. p. Verum enim vero respondent illae species non solum caussis dysphagiae organicae 1) in parietibus (membranis), 2) in canali partium, 3) extra has partes sitis; imo certis signis ad aerotorum lectulos dignosci possunt.

Dysphagia dynamica in duas dispescitur classes:

1. *cum aducta sensibilitate:*

- a) congestione, in primis in arteriis nata, oritur tunicarum intumescentia et impedita earum contractio.
- b) in inflammatione idem fieri solet, simul dolor adest et magis adhuc tollitur actio partium.
- c) in spasio. Cum oesophagi functio in mutuo strati musculosi utriusque motu; pharyngis vero in simili contractione et depressione consistat, facile intelligitur, contractionem tonicam tollere plane deglutitionis officium.

2) *cum immunita sensibilitate:*

Uti adactum supra commemoravimus ad vasa sanguinis adfluxum, ita

- a) in stagnatione impeditum sanguinis refluxum observamus.

- b) In paralysi cum suppresso nervorum vigore; et muscularum actiones torpore affici, non est, quod moneam. Succedunt interim actiones corporis naturales. quae demum.
- c) gangraena et sphacelo in perniciem ruunt.

S E C T I O II.

De dysphagia oesophagea.

Cur hanc in primis dysphagiae speciem paullo accuratius in dagavérim rationes, consistunt partim in eo, quod, ob tantum caussarum numerum et occultum organi affecti situm, obscuriorem et inde disquisitione digniorem eam censerem, partim in hoc, quod observationes, vel ab amicis fautoribus vel a me institutas, oesophagique tantum mala spectantes, in usum meum convertere vellem. Inde ad augendam hujus speciei notitiam experiri quidquam potuisse, confido. Sed jam me converto ad

§. I.

Diagnosin morbi,

quam brevius absolvere possum, quoniam de differentia a pharynsea et de ejus divisione jam Sect. I. §. 3. fusius dictum est, et siquidem in primis nititur sedula caussarum reputatione: aptius singularium specierum diagnosin ad illarum perscrutationem relegari posse, existimo. Praeterea vix ac ne vix quidem universalia signa pathognomonica, cunctas morbi species amplectentia, ob singularem symptomatum, secundum varias illarum caussas, incon-

stantiam constitui possunt. Quod vero ad eam in primis attinet dysphagiam, quae lentius et plerumque a caussis organicis oritur, illius decursus fere is esse solet, ut aliqua ab initio, sed vix observanda et plerumque etiam neglecta oriatur deglutitionis molestia, certò quodam loco, ubi haerent ingesta plus minusve, donec vel contentione majori, corpore prono. motu ac compressione colli deprimantur ultra, vel potu deluantur, vel post inanes conatus absque nauseae sensu et solius oesophagi motu antiperistaltico rejiciantur. Commoratio illa ciborum ab initio morbi, observante FARQUARSONDIO *) quatuor aut quinque horas perdurat: aucto denum morbi impetu illico respnuntur. Singulare illud vomitus genus, quod absque ventriculi, diaphragmatis et muscularum abdominis ope perficitur optime WICHMANNUS distinxit sub nomine vomitus oesophagaei (vomissement oesophagien JOURDAN). Desunt prodromi et plurima signa vomitus stomachalis; sed ejectio fieri solet cum murmure gargarizantis et cum copiosa muci tenacis ac salivae excretione. Hocce signum fere nunquam desideratur et vere pathognomonicum videtur. Interea in loco aegrotantie sive premens sensus, continuus vel remittens, sive dolor adest. Ubi hic invenitur, quod raro fieri solet, e loco affecto ad pectus scapulas et dorsum propagatur. Modo fluidiora: modo solidiora melius possunt deglutiri, mox periodica reperitur illa

*) Conf. JOURDAN dict. d. scienc. med. article: dysphagie.

deglutitionis laesio (superveniente spasmo), mox continua. Subveniunt varia respirationis impeditae symptomata, tussis, dyspnoea et laesae digestionis signa: alvi obstructio, flatus, ructus: torquentur aegroti ingenti fame, donec machina ita labefactatur, ut febris lenta accedat, atrophica demum morte terminata. Cum vero deest oesophagi stricatura et sublata tautum est naturalis oesophagi actio, delabuntur interdum quoque vi gravitatis cibi appetitus cum strepitu quodam, alias vero haerent boli et ope mechanica in ventriculum sunt detrudendi. Quare laeduntur quidem chymificatio et chylification; attamen diu ita potest vita continuari.

Ubi vero cito homines aggreditur dysphagia, omnis oesophagi capacitas illico plerumque abolitur, sita quidem, ut intra paucarum dierum spatium fame pereant aegroti, nisi medico auxilio aut tollatur morbus: aut curatione palliativa vita protrahatur tristissima.

§. II.

Aetiologya.

1. *Nosologia topographica.*

Prae ceteris zonae temperatae aptae videntur ad gignendas dysphagias; certe raro extra illam observatae esse videntur et quamquam Arabes illam non reverunt speciem, quae a luxatione vertebrarum colliguntur; tamen eae climatis influxus vix originem praebuisse videtur. Sed posse quoque in zona torrida morbum nostrum, certe sympatheticum, oriri,

suadet morborum illius climatis genius, ut plurimum nervosus. Observata est dysphagia in Graecia, Italia, Lusitania, Gallia rarius, jam frequenter occurrit in Helvetia et Germania, in primis boreali, copiosissime vero grassatur in Belgia, ita quidem ut DE HAENIUS (opusc. quaed. ined. p. I. p. 116.) dicat: „mirum, quantopere in hac urbe (sc. Haga comitum) impedita deglutitio saeviat.“ Saepe quoque dysphagia in Britannia et Scandinavia occurrit. Sed quaenam caussae sunt, cur in primis in septentrionalibus regionibus, mari vicinis morbus procreari soleat? Ponendas illas censeo in soli et aeris humiditate, quae primo sensibilitatem, dein fibrae muscularis vigorem et demum omne systema lymphaticum laedeunt, cachexiam gignit scrophulosa, quae, in ejusmodi regionibus fere hereditaria, ut plurimum ansam dysphagiae praebet. Hujus rei testes, exceptis aliis, in primis GEUNSIUM et WATHENIUM indicare possum, qui quidem, inter decem dysphagias, novem e glandularum, in primis thyreoideae adancta volumine et induratione originem duxisse, affirmant. Alia quoque ratione; sed renfotiori magis ac indirecta, praedisponit illa soli ac aeris conditio: ita quidem, ut vitae incolarum cultum, in primis vero victum atque potum componat ac moderetur. Alimenta enim in ejusmodi terris usitata sunt, ac quodammodo esse debent, lautiora, salina, aromatica, acria, in universum irritantia, neque minus potulenta sive spirituosa, amara, aromatica, sive calida et inde relaxantia, uti

necocum coffeeae ac infusum theae. De utrorumque noxis verba faciam infra, de dysphagiae causis occasionalibus pauca loquuturus.

2. *Causae praedisponentes.*

Constituuntur habitu corporis et animi, sexu, aetate, vitae conditione. Jam de singulis. Quanum ad *corporis constitutionem*, fere suo quaeque modo ad morbum nostrum praedispónit. Praeceteris scrophulosam diathesin homines dysphagiae obnoxios reddere; paullo ante demonstravimus. Plethora constitutio inclinat ad vasorum vitia, itaque aneurysmata et pulmonum vitia gignens, dysphagiis sympatheticis ansam praebet. Constitutio nervosa, sensibilis, hypochondriaca et hysterica, quacum habitum gracilem, molliorem, teneriorem, sive sicciorēm, rigidiorēm conjunctum observamus, spasticae ac paralyticae morbi speciei obnoxias videatur. Habitus autem venosus, atrabilarius, haemorrhoides, vénac portae morbos, cardialgiam, vomitum cruentum, demum arthritidem procreans, non minus ob sublatum liberum sanguinis circuitum caussa reperitur plethorae ac turgescentiae organorum deglutitionis, quas quidem induratio facillime sequitur. Ceterum cachexiae variae præter arthriticam et scrophulosam, quarum memoriam supra injecimus, etiam syphilitica, scorbutica, scabiosa, cancrosa, et aliae copiam gignendae dysphagiae faciunt. Quod ad *animi* attinet *naturam*, de ea pauca dicam, quippe quae cum corporis constitutione ar-

ctissime conjuncta esse soleat, ita quidem, ut indoles animi phlegmatica et torpida constitutioni scrophulosae, sanguinea plethoricae, cholerica vero et melancholica nervoso ac atrabilario habitui libenter sese associet et plus minusre ad dysphagiam inclinet. Animi vero pathemata non hue; sed ad occasio-
nales spectant caussas. Sed de *sexu*, qui in primis morbo afficitur, pauca monenda videntur. VAN GEUNS, NAHUYS et BLEULAND plures morbo affectas observarunt foeminas, quam mares; quare prior et alter illorum medicorum foemininum praesertim sexum dysphagiae esse obnoxium contulerunt. Contra MAUCHARTUS putat, mares huic morbo praecipue subjectos esse. Comparatio plurimorum scriptorum me docuit virilem sexum saepius morbo laborasse, foemineo. Notandum tamen est, plurimos antiqui aevi scrip-
tores nullam sexus fecisse mentionem, neque magis cogitari potest, plures observations in viris institutas litteris fuisse mandatas. Quibus quidem perpensis non possum, quin in BLEULANDI abeam sententiam, dicentis: utrumque sexum dysphagiae ortui; nisi pari, suo tamen quisque modo, favere posse. In specie ad inflammatio-
nes, indurations, intumescentias, dilatationes, ex-
crecentias oesophagi, ad vasorum et pectoris vi-
tia, ad omnis generis organicas deformitates mas-
culum magis inclinat corpus: ad relaxatiouem,
spasmum, ad tumores oesophagi, ad laryngis vi-
tia foemineum magis; quod ceterum caussas occasio-

males saepius admittit. *Aetatem* quamcumque dysphagia aggreditur, praecipue vero annos post quadrigesimum. Quod quidem facile inde explicari posse judico, quod fibra muscularis aetate provectioni rigidior, itaque ad cujusvis generis intumesciones nec non ad paralysin pronior redditur. Similiter circulatio sanguinis aut retardata, aut impedita, facile organicis conformatiōnibus ansam praebet. Neque vero juniores, imo infantes a morbo immunes relinquunt, testatur imprimitis WICHMANNUS praeante PERCIVALIO, contra GEUNSII sententiam; quae per se probabilis neutiquam videtur, vel propterea, quoniam in infantili aetate scrophulosa diathesis praevalere consuevit. Jam esseremo noster incidat, necesse est, in *vitae genus*, quod quidem maxime interdum ad dysphagiā praeponit. Ante omnia huc spectat inutilis illa pars allucinatorum, qui vel gladios per oesophagū ad ventricūlum detrudunt, vel vitrum, lapides, carbones candentes et q. s. a. devorant. Extinctis ferre malae illius artis, in India adhuc vigintis, apud mostrates vestigiis, Galli nostris diebus imitati sunt quosdam Indas in Europam advenas. Qui antiquioribus exemplis edoceri cupiverit, huic SCHURIGII commento chylogiam p. 322. sqq., ubi de cultrivoris, gladiivoris, vitrivoris, lapidivoris, ignivoris, venenivoris, et cunctivoris erudita illius temporis loquacitate agitur. Nolo vero ea repetere, quae non directo ad gignendum morbum; sed magis ad constitutionem, ei faventem, efficacia reperiuntur.

Sed jure suo omnino huc spectant defectus apt corporis motus, cibi farinosi, butyracei, oleosi adiposi, salini **), potus calidi, relaxantes, fum Nicotianae suctus et q. s. a.

5. *Caussae occasioneles.*

Quantum ad cieidam dysphagiam afferant in primis potus illi, aquosi, calidi, quos sub decoct fabarum, Coffeae ac infuso foliorum Theae cognitos habemus, omnes omnino scriptores unanimiter confirmant. Conf. COWARD de fermento vitali nutritio (Lond. 1695.) et GEUNSIUS in tractatu, qu malae notae coffeam, oleoso - rancidam atque aqua marina illimitam in primis accensat. Ejusmodi enim potulenta laxitatem inferunt muscularibus fibris diluunt egregios illos glandularum lymphaticarum humores et inde assimilationem quam maxime debilitant. Alia vero etiam ratione agunt infelicitate haec potulenta, more omnium ingestorum, dum nimis calidi hauriuntur. Laedunt enim subtilem oesophagi tunicam internam, ita quidem, ut subjecta nervea nudetur et facilime malo afficiatur. Simili modo vim suam exserunt spirituosa, acris, aromatica, deradendo mucum atque irritando tunicas oesophagi internas. Nocent vero etiam indirecto spirituosa, aortae ac vasorum majorum aneurysinata provocantia, quae saepius dysphagiae caussas infra considerabimus. Jam LANCISIUS de aneurysm. prop. 4. testatur, de centum sponte or-

*) Aromaticos, acres ad occasioneles relegavi.

tis, quinquaginta in gulosis et bibosis se vidisse. Potationibus vero gelidis, in calidioribus regionibus praesertim usitatis, contrahuntur vasa minima, stagnationes inde ac indurations producuntur. Irritat similiter fumus Nicotianae suctus, in primis ubi e mala multorum consuetudine deglutitur. Hoc loco praeterire nequeo pium LENTINI votum, placuerit iis, qui politiae medicae praepositi sunt, jubere, ut populus non solum de noxa illa e spiritu osorum et ciborum nimis calidorum abusu timenda; sed etiam de signis crudelis ac subdoli hujus morbi, morte plerumque pree fame terminata, certior fiat, ne, sin prima morbi vestigia apparuerint, auxiliū tempus praetermittat. Aliam caussarum seriem praebent corpora peregrina oesophago illapsa, e. g. ossa, spinae piscium, numimi, acus, annuli, boli justo majores, nuclei, lapides et sexcenta alia, quorum enumerationem inventimus in BORDENAVII thesibus de corporibus extraneis intra oesophagum haerentibus Parisiis 1763, in SCHURIGII Chylologiae cap. V. in SCHENKII observationibus et alibi. Rationes, cur propriam morbi speciem constituere nequeant, infra, de causa dysphagiae oesophageae organicae ex repletione oesophagi acturus, fusius exponam. Mechanico modo laedunt et irritant oesophagum, ejusque ulceram, inflammationem, spasmum facile procreant. Non minus faciunt ad gignendum morbum animi pathemata, in primis deprimentia, moeror, invilia, terror; sed ira quoque. Potens enim profecto

ac velox intercedit inter cerebrum et organa deglutitionis sympathia. Scimus verbi gr. terrore aut ira commotis bolum in faucibus et gula haerere quasi, ac saepius inde redire. Porro exanthemata quaedam facile ad oesophagum repelluntur; exempla scabiei ita suppressae BLEULANDUS in obs. I., erysipelatis GEUNSIUS obs. X., chloasmatis P. FRANKIUS epit. lib. IV. p. 92. aphtarum STROEMIUS, ut alios taceam, retulerunt. Aliae quoque secretorum, haemorrhoidum, menstruorum, fonticulorum suppressiones dysphagiis oriundis occasionem praebuerunt.

Jam ad caussarum accedo congeriem, quam, quomodo vocem, dubius haereo. Proximae quidem caussae dicuntur ab HUENERSDORFFIO; sed vix rite; sunt enim tantum caussae dysphagiae proximae, quae vel in strictura, vel repletione, vel compressione oesophagi conspicitur, caussae remotiores; neque vero praedisponentes, nam per se morbi locales sunt, neque occasioales; nam non extra corpus aegroti positae sunt. Interim vocandae mihi videntur

4. *Caussae propiores.*

A. organicæ. B. dynamicae.

Illas, in partium fabrica positas, ita divido:

A. innatae.

a) ipsius oesophagi.

α) atresia.

β) divisio.

γ) communio cum trachea.

b) extra oesophagum.

α. Arteriae subclaviae dextrae origo et
decurrus abnormis.

B. adscitae.

a) ipsius oesophagi.

† parietum.

α) intumescentia.

β) induratio.

αα) callosa.

ββ) cartilaginea.

γγ) ossea.

δδ) scirrhosa.

τ) contractio (chronica).

δ) coalitus.

ε) exulceratio.

ζ) ruptura et perforatio.

η) dilatatio.

†† canalis.

α) aphtae.

β) sarcoma.

γγ) condyloma.

δ) exsarcoma.

ε) polypus.

ζ) tumor mucosus.

η) lupia.

θ) scirrhoma et carcinoma.

ι) excrescentia cartilaginea.

Appendix: 1) hydatides.

2) vermes.

b. *extra oesophagum.*

† *Colli.*

α) tumor.

αα) rheumaticus.

ββ) adiposus.

β) vertebrarum.

αα) luxatio.

ββ) apostema.

γ) pharyngis saccus.

δ) laryngis.

αα) luxatio cartilaginis thyreoidae.

ββ) ossificatio.

ε) tracheae.

αα) moles aucta.

ββ) tumor.

γγ) excrescentia.

δδ) apostema et perforatio.

εε) corpora peregrina.

ξ) thyreoidae tumor et induratio.

η) carotidis aneurysma.

θ) subclaviae aneurysma.

ι) thymi tumor et induratio.

†† *Pectoris.*

- α) steatoma.
- β) pulmonum.
 - αα) induratio.
 - ββ) vomica.
- γ) pericardii.
 - αα) degeneratio.
 - ββ) hydrops.
- δ) cordis aucta moles.
- ε) aortae.
 - αα) aneurysma.
 - ββ) induratio.
 - * callosa.
 - ** ossea.
- γγ) ulcus.

ξ) glandularum induratio ac tumescentia.

††† *Abdominis.*

- α) diaphragmatis.
 - αα) angustia foraminis oesophagei.
 - ββ) oedema.
- γγ) inflammatio.
- δδ) spasmus.
- β) ventriculi.
 - αα) inflammatio.
 - ββ) gravitas.
 - γγ) excrescentia.
- γ) hepatis.

$\alpha\alpha$) tumor ac induratio.

$\beta\beta$) inflammatio.

δ) lienis tumor et induratio.

Jam aggrediamur singularum caussarum adumbrationem, eique subjungamus signa ac proprietates illarum specierum ita, ut, quantum vires permittant, perfectam morbi imaginem lecturis benevolis proponamus.

A. Caussae organicae.

A. Innatae.

a. Oesophagi ipsius *).

α) *Oesophagus non perforatus, clausus, atresia* **) *oesophagi HÜNERSDORFF*.

Primae formationis vitium, in neonatis observatum, et, quod sponte patet, letiferum. Comment. of Edinbg. vol. II. p. 249.

*) Huc quoque ab HÜNERSDORFFIO refertur, inepte vero, ut nobis videtur, defectus oesophagi. Semel observatus est in monstro acephalo, immature parto, quod GILBERT Sammlung von Beobachtungen und Krankengeschichten p. 97. descriptis. Cum, ob diaphragmatis hepatis, lienis, ventriculi, renum, uteri defectum nunquam vitam extrauterinam accipere, nedum servare posset: ad dysphagiae caussas ista deformatio numerari nequit. Idem valet de coeco oesophagi exitu, observato a ROEDERERO de foetu parasitico in Comment. se Goetting. tom. IV. et in I. F. MECKEL Anatomi. pathologica t. I. p. 494 et 497.

**) ex α priv. et τρησις, perforatio.

β) *Divisio oesophagi, Dyscatrabsosis dichica*
PLOUCQUET diss.

Duo rarissimae hujus deformitatis exempla BLASIO observare contigit. Alterum in infante, modo nato, ceterum haud deformi, ubi oesophagus ad tertiam usque costam simplex, iude vero in duos ramos erat fissus; sed ad septimam vel octavam costam rursus conjunctus. Ulteriorem hujus casus descriptionem, nec non iconem dedit auctor in suis observ. anat. p. 121. tab. XV. f. 7. Quoad alterum haecce ait BLASIUS: „in infante quinque annorum d. X. Apr. 1760 oesophagum invenimus maxima parte divisum, a costa nempe superiore sic, ut materiae deglutiendae duplex daretur via. Ductus tamen hic, ut erat in principio simplex, sic iterum, ubi ventriculo vicinus.“ (Obs. med. P: IV. no. 8. p. 53. f. 2. (mala). BONNETUS Sepulchretum lib. III. sect. IV. obs. 13. LIEUTAUD Hist. anat. med. t. II. p. 313. Porro ejusdem exempli mentionem fecerunt VOIGTEL (anat. pathol.) et HÜNERSDORFF (diss. de dysphagia). Deformitatem hanc in bibliotheca med. pr. PLOUCQUETUS minus apte oesophagi duplicitis nomine insignivit.

Quaestio nunc oritur, utrum hacc oesophagi fabrica dysphagiam possit movere? — Miror proecto summo MORGAGNIO (de sed. et causs. morb. pp. XXVIII. §. 18.) insolitam potius, quam noxi- um visam esse illam conformatiōnem. Verum quidem est: BLASIUM de ulla deglutitionis difficul-

tate ne verbum quidem interjecisse; sed adspectus et ratio nos docere potest: structuram illam, certe, ubi angulus insulae ita conformatae locum habuit, fibrarum muscularium motum maxime impedivisse ac retardasse.

Idem HÜNERSDORFFIO probabile videri, patet ex verbis ejus l. c. p. 16., (perperam ceterum cum BLASII loco conjunctis) „cui (sc. puer quinque annorum) deglutitio male cedebat.“ — Exploratione chirurgica facile detegi posse malum, nullus dubito; sed cui bono? — arti profecto diagnosticae potius, quam aegroto. Similem conformatiōnēm, quantum compertum habeo, zootomia nondum invenit; quod iis dictum velim, qui cunctas humani corporis deformitates nativas e repetita animalium inferiorum fabrica derivare ac explicare conantur.

γ) Communio oesophagi cum trachea.

Unicum exemplum infantis, cuius oesophagus cum trachea in saccum fuit conjunctus, retulit RICHTER in diss. de infanticidio in artis obstetriciae exercitio non semper evitabili Lips. 1793 et STARK Archiv für Geburtshülfe, tom. IV. p. 675. Cum infelix insans, prae metu suffocationis nihil deglutire posset, tertia vitae die animam exhalavit.

b. Extra oesophagum.

Arteriae subclaviae dextre origo et decursus abnormis.

Venit haecce memoratu dignissima dysphagiae species sub inepto *D. lusoriae* *) nomine, quod BAYFORDUS primus ei tribuit, HULMIUS et VALENTINUS (Journ. de Méd. Chir. et Pharm. Fevr. 1791) nec non PFLEIDERER in diss. de dysphagia lusoria, praecep. AUTENRIETH Tubingae 1806 defensa, retinuerunt. Hic vero facile intelligens, denominationem illam justo esse latiorem, nec exprimere peculiarem hujus speciei indolem, mavult eam nominare *spasmus oesophagi angio-planicum*, PROUQURETI secutus vestigia; qui sub *dyscatabroseos angiaceae* nomine illam adduxit; sed male thlipticis adnumeravit. Commemoratur quoque hic morbus peculiaris ab Illustr. KREYSIGIO d. Krankheiten des Herzens, tom. I. p. 370, tom. II. p. 38. Natura illius fere haec esse solet: Procreari videtur ex enormi art. subclaviae dextrae origine et decursu. Inter diversum majorum arteriarum ex arcu aortae ortum, hoc saepius fieri solet, ut trunci a dextro latere removeantur, et subclavia dextra plus minus vein sinistro latere et versus posteriorem ejus partem oriatur, dextram inter et sinistram carotidem, sive carotidem et subclaviam sinistram, sive inferius, quam subclaviā sinistra. Aliter tamen et profundius originem ducere nequit art. subclavia dextra, quam ex incipiente ea, quam descendenter dicimus, aortae parte. Simul vel quatuor adsunt trunci ex

*) Scilicet lusu naturae productae.

aorta oriundi, scilicet utraque et carotis et subclavia; sive tres tantum, nempe utraque carotis e communi trunco. Quae cum ita sunt, retrorsum sive inter oesophagum et columnam vertebralem, sive inter oesophagum et tracheam, utrisque tela cellulosa affixa exsurgit subclavia dextra*). Quare, arteria illa, per oesophagum, deglutitionis motu expansum, compressa ac irritata: sanguinis circulatio impeditur; ita quidem, ut repellatur sanguis versus cor, ibique retineatur et oesophagi functio, sempiterno sanguinis ad illum appulsa; forsitan quoque simul ex enormi nervi vagi cursu, malo illi saepius associato, laeditur et spastica ejus oritur affectio.

Signa hujus dysphagiae diagnostica PFLLEIDERER ita dispositi:

- I. Cordis palpitatio et in quovis deglutiendi tentamine suffocationis periculum.
- II. Affectio pulsus dextræ manus.
- III. Brachii dextri muscularum debilitas et infirmitas.
- IV. Spastica dysphagiae natura.
- V. Periodica est affectio et affectus in primis est sexus femineus.
- VI. Defectus tumoris extra deglutiendi actum in collo conspicui et libera oesophagi cavitas.

Quod ad secundum attinet symptoma, pulsus dextræ manus affectionem, haec ca est, ut mi-

*) Interdum etiam origo subclavie dextræ in formam sacci expansa deprehenditur.

niōres ictus obseruentur; verosimile autem reddiatur, diversam in actu deglutitionis latere pulsus irrationem. Sed praetermissa adhuc est illa disquistio. E tertio symptomate auctor hypothesis reconstruxit, a FLEISCHMANNO rejectam, homines caristochires; quales saepius foeminas offendimus, tabnormi art. subclaviae dextrae ortu et decursu laborare. Nolit quis opponere, tunc etiam dysphagiam s. d. lusoriam fore frequentiorēm; jam enim observatione in diario med. chir. et pharmaceut. I. supra I. probatur, adesse posse hanc wasorum deformitatem absque illa deglutitionis molestia: quod quidem testatur FLEISCHMANNUS, meue Schriften der Erlanger phys. med. Gesellschaft, tom. II., (non I., quem citatum inveni) pp. 30 — 36; et Leichenöffnungen. Negat propterea idem vir eruditus sane, ac venerandus, pertinaciter, morbum exstare; sed vix rite, ut nobis videtur. Rationes ejus etiam ab OTTONE, seltne Beobachtungen z. Anat., Phys. u. Path., fasc. I. pp. 101. jam optime *) refutatae sunt. Valet in universum observatio adfirmans unica (et profecto plures hic adsunt,) plus, quam multae negantes et dubia relinquentes. Ceterum hoc constat, omnes dysphagiae hujus casus adhuc observatos esse solummodo in iis, qui talem art. subclaviae dextrae decursum ostendebant. Dein sem-

*) Negante licet illo, qui in annalibus Heidelbergensibus libellum recensuit, consentiente tamen Ill. et Cl. KREYERIO.

per in memoria tenendum est, dynamicam morbi speciem esse, licet organicae conditioni subjectam, et inde constitutionem et sexcentas res fortuitas conferre multa posse ad morbi genesin. Periodica natura, praeterquam, quod spasmis fecerit solemnis esse solet, cum omnibus cordis et vasorum majorum aegritudinibus huic quoque morbo communis deprehenditur.

Cogitari vero nequit, rariores illas vasorum declinationes (quas describere operae pretium ducunt ad hunc usque diem anatomes periti) forte fortuna inventas fuisse in cadaveribus eorum omnium, qui dysphagia hacce lusoria fuerant extinti. Quare censeo, conjunctum esse hunc morbum cum ista art. subclaviae dextrae abnormitate, ita quidem, ut tantum oriri possit, ubi illa adest; neque vero *semper* oriatur necesse sit, sive propterea, quod caussa requiratur praedisponeus ac occasionalis; sive quod penitior forsitan nervorum deformatio simul locum habere debat.

Primam hujus dysphagiae notitiam exhibuit cel. G. C. LUDWIGIUS in observat. angiologicis, dicens oesophagum a subclavia dextra, praeter naturam oriente, aliquantum comprimi et versus dextrum latus retropelli. Tum BAYFORDUS in memoirs of the med. soc. of London, vol. II. melius de morbo disseruit. RICITERUS (conf. chir. Biblioth. tom. X. p. 365) et HULMIUS et VALENTINI I. paullo antea I. BAYFORDI observa-

tiones confirmarunt. Qui vero melius adhuc edoceri cupiverit, is adeat, necesse est, libellum IPFLEIDERERO-AUTHENRIETHIANUM, quem germanico idiomate redditum in b. REILII promptuario physiologico tomo VII. inveniet. Videtur porro huc spectare GUENSII observationis decimae numerus quintus. Papitatio cordis, pulsus inaequallitas et remedii antispasmodici effectus suadent, ut manca ceterum historia huc trahatur.

Similes vasorum deformitates descripserunt: BOEHMERUS, LOESEKIUS, FABRICIUS, MURRAYUS, HSENFLAMMIUS, VOIGTELIUS, ZACHORSKYUS, OTTO aliquique.

B. Adscitae (sc. caussae organicae).

a. Oesophagi ipsius.

† parietum.

α) *Intumescentia. Obstipatio van GEUNS.*

Sive carnosior est: sive magis oedematoso. Raro praeterea absque induratione locum habet. Humorum enim lymphaticorum in glandulis congestione et inspissatione crassior et sive carnosior sive laxior, et cellulosa magis redditur tunicarum endoles, more in urethra a WICHMANNO et aliis observato, ita quidem, ut oesophagus minus liber munere suo fungi posset et laesa demum omni assimilatione, AQUAPENDENTE et WICHMANNO testibus, marcore demuin corpus interiret. Quodam forte crassior et carnosior haec oesophagi

structura obvenit quondam in viro s. d. cornigero quodam, monacho Patavensi, qui per vitac spatium ruminationem exercuerat, diu illa pro hujus mali caussa habita est. Sed meliora de hujus morbi natura summus nos edocnit J. P. FRANCIUS (Epitome de cur. hom. morb. libr. V. pars 2. p. 350—360) probans, oriri facile morbum illum in hominibus dyspepsia laborantibus malae consuetudinis vi, cui demum resisti nequeat, flatus nempe ore explodendi; quo facto vis ventriculi et diaphragmatis resistens ita frangitur, ut ingesta cum aëre absque nausea regurgitent. — Casum vero dysphagiae a tunicarum tumescentia supra allegatum BARTHOLINI hist. anat. rar. Cent. V. hist. XVI. tom. III. p. 31., BONETUS in Sepulchreto libr. III. sect. V. obs. 9. commemorarunt, nec minus VOIGTELIUS et HOECHSTETTERUS in usum vocarunt. Aliud exemplum retulit VATERUS in diss. de deglut. diffic. et imped. causs. abditis, respondente ZINCKERNAGEL Vitebergae 1750 hist. III. Vir duos annos post contusionem in dorso, lapsu per scalas acceptam, dysphagia affectus eaque dolorosa cum cardialgia, massam polyposam ore semel, alia vice ano ejecit. Cum demum fatis cessisset, angustia et rugositas ab intumescentibus membranis in imo oesophago inventa est, cum sugillatione loci, unde haud dubie caruncula prima, pér vomitum edita, fuit abrupta. Similis indeoles in ileo locum habuit. Ejusdem exempli mentionem exhibuit MORGAGNI de

med. et causs. morb. ep. LXV. §. 2. Insignem observationem GRASHUISIUS cum Academia Cæsarea N. C. communicavit, in actor. phys. med. tom. IV. obs. 73. publici juris factam et a BLEU-LANDO de sana ac morbosa oes. struct. p. 58. seq. literatam. In virgine membranae oesophagi, ceterum sanguine et ichore repleti, digitus minoris ad instar incrassatae erant. De aliis deformations simul observatis infra pauca dicam.

Contigit mihi favore et benivolentia Viri Exp. atque dilectiss. CERUTTI, ut addere possim hisce observationibus aliam et parum cognitam. Vir annorum quinquaginta sex a prima inde juventute sicerae abusui deditissimus, aliquamdiu dyspepsia et vomitu laborabat. Sensit simul globi, ut ipsi videbatur, modo in ventriculi regione modo inde in oesophagum vergentis gravitatem et marcuit sensim. Ab initio remediis amaris et spirituosis usus erat, quae sibi ipse commendaverat; sed cum brevissimo emolumento; tum aductis symptomatibus et debilitate increscente domum servare coactus est. Paullo post duriores cibos deglutire amplius non potuit; statimque rejicit; immo fluidiora, non nisi exigua copia sumta, valuit retinere. Sed omnem demum perdidit deglutiendi facultatem aegrotus et fame excruciatatur immani. Brevi ante mortem de oris atque abdominis ardore conquerebatur.

Sectio cadaveris praeter gangraenosam intestinoruin indolem, omenti atque hepatis viția* hancce aperiit oesophagi mutationem. Tunicae erant *incrassatae*, fere coriaceae, ceterum in medio oesophago, ubi aorta proxime ad canalem illum accedit, corrosio conspiciebatur, sinc dubio a premente aortae, ibi ossea factae, vi producta. Huc forsan quoque pertinent observationes duae, quas inter plures KERKSIGIUS communicavit in HUFELANDII ephem. tom. VIII. fasc. IV. p. 193 et 195. Prior in viro instituta est, spirituorum abusui indulgente, qui post apoplexiam feliciter sanatam, fonticulis collapsis et commisso refrigerio incidit in dysphagiam, ut videtur, cum inflammatioне junctam, et ab initio periodicam, qua post quatuor septimanas aptis remediis, inprimis fonticulis reiteratis, liberatus est. In altera historia naratur: aurigam robustum, non minus spirituosis abutentem (alia certe caussa occasionalis detegi non potuit) dysphagia esse affectum. Haec rebant ingesta in inferiori oesophago. Resolventibus ac lenientibus remediis omnia in meliora mutata sunt; sed continuatum adhuc est in curatione, dum scribebatur observatio. — Interdum conjuncta reperitur tunicae internae tumescencia cum irregulari plicatione, quare angustationem canalis oriri vidiit BAILLIE morbid anat. edit.

*) Ea in Exp. CERUTTI Descriptione mus. path. anat. Lips., quae, dum haec scribo, typis mandatur sub No. 882 invenire quisque poterit.

SOEMMERRINGII p. 51. conf. CONRADI anat. path. p. 98. Partes musculosae perfecte sanae inveniebantur.

Dé *oedematosæ* verò oesophagi turgescens verba fecit MORGAGNI l. saepius c. ep. XXVIII. §. 15: et allegavit Ephem. N. C. Cent. V. obs: 59. ubi iterum J. M. HOFFMANN et BENEDICTUS SYLVATICUS citantur. Sed in illo HELLWICHHI casu viri sexagenarii, cacochyria, quam vocat; serosa e vini generosi ac sulphurati abusus laborantis, uvulae in primis turgescens dysphagiam produxisse videtur. VAN GEUNS de simili loquitur dysphagiae caussa (in tractatu suo, german. in Aus. Abhandl. z. Gebr. pr. Aerzte, tom. IV.) quam obstipationem vocat, quamque a congestione et stagnatione humorum mucosorum, a glandulis secretorum, supremam praecipue oesophagi partem occupante, derivat.

Dignoscitur haec species pressoria; in primis in regione gl. thyreoidene, sensatione; et molestia deglutiendi ibi nata; atque oriri solet post affectiones catarrhales et rheumaticas. Jam bene cognitam habuit et sub nomine *anginae catarrhosaæ* descriptis BOERHAVE aph. 787, ejusque commentator ad eandem paragraphum. Forsan quoque hoc spectat PLOUCQUETI Dyscatabrosis emphractica, phlegmatica, sive a nimia pituita producta. Quod si fuerit, male emphractica audit. Exemplum exstat in Ephem: N: C. Dec: II: Ann: V: obs: 82.

Appendicis loco adjicio, posse etiam membranas oesophagi ita incrassari, ut membrana spuria superficie int̄ernaē sese adponat. Ita SCHENKIUS & GRAFENBERG in lib. III. obs. IX. de membrana dicit, fibrosa, livida, vomitu ejecta. Forsan huc non minus spectat GEUNSII l. c. obs. VII. dysphagiae, antea inflammatoriae, calomelite demum feliciter sanatae.

β) *Induratio Dysphag. oesophagea* SAUVAGES, SAGAR, *Dyscatabrosis stenochorica.* $\alpha\alpha$) callosa, $\beta\beta$) cartilaginea, $\gamma\gamma$) ossea, $\delta\delta$) scirrhosa PL.

Ejusmodi affectionibus oesophagum, ut instrumentum glandulis variae indolis praepollens, maxime esse obnoxium, sponte patet. Ingens quoque observationum ab antiquissimis temporibus exstat supellex, quod infra fusius demonstrabimus. Fatendum vero est, varia indurationum genera esse, et hoc genus in illud transire posse, nec minus saepe cum aliis deformitatibus, ulceribus, excrescentiis pseudorganicis et s. p. consociari. Oritur facile cum oesophagi thlipsi, quam vel glandulis vel anerysmate, aliisve patitur, et quod inde patet, ex humorum stagnatione et inspissatione. — Ne vero de inutili accuser micrologia, statim omnis indurationis signa pathognomonica recensebo. Nam facile quisque intelligit, omnes species in universum ita agere, ut impediant vel suppressant muscularorum actionem. Non vero semper ingestorum, imprimis fluidorum prohibent descensum. Nimirum distinguendum est, num simul cum induratione contractio oesophagi

locum habeat, nec nc. Quod nisi fuerit, sublata deglutitio non cst. Sed, ut ut sit, sensus premens in illa regione percipitur fluida mclius, et citius, quam solida ventriculo ingeruntur; stylus exploratorius durum invenit obstaculum, plus minusve canalem oesophagi claudens. Vomitus oesophageus cum dolore perficitur. Lucem simul affert aetas provectionis, constitutio cachectica, scrophulosa, similes aliarum partium affectiones et q. s. a. Jam de singulis:

aa) *Induratio callosa.* Dyscat. stenochorica, tylotica PLOUCQUET diss. strictura oesophagi; callosa, stenochoria oesophagi, dysphagia callosa SCHMALZ Tabulae.

Callus primordium cartilaginiis esse videtur, oritur facile aut ulcere praegresso; aut pressu externo; sed localis saepius, quam universalis esse solet. Ita callosum illum imi oesophagi circulum, unde famem lethalem oriri videt GYSERUS (diss. de fame lethali ex callosa oes. angustia. Argentorati 1770) ex induratione et scirrhositate glandularum duarum bronchialium dextri lateris originem duxisse, auctor apertis verbis adseveravit. Eodem, nec non MORGAGNIO et GEUNSIO testibus, miles, potator, post tussim siccum, pectoris oppressionem absque dolore, propter oesophagi versus pharyngem collosiatem conjunctam cum erosione, mortuus est. Conf. Commerc. lit. Nurembergensc anni 1741 libd. 25. n. I. Porro huc revocari debet MAUCHARTI (de struma oes. ejus-

que coalitu §. X. et XI. in HALLERI coll. disp. chir. tom. II. p. 404 — 5.) observatio. Reperi- hantur glandulae circa cardiam scirrhosae, alia unius pollicis diametro, duos pollices supra car- diam; *superius* vero (quod probe notandum) circa quintam dorſi vertebraim ita contractus et *callosus* fuit oesophagus, ut tenuem stylum vix admitteret. Alium casum, memoratu haud indignum, dyspha- giae ex imo oesophagi callositate productae nar- ravit VAN GEUNS I. c. obs. I. Piscator belgicus valde deditus fuit fumo Tabaci sugendo et spiri- tnosorum potationibus. Et hujus mali cauſa glandulae induratae erant. Alia exempla tradide- runt SANDIFORT Mus. anat. vol. I. sect. IV. p. 245. no. 15. tab. CVI. f. 4. LANGIUS epist. LXXX. THEDEN neue Bemerkungen, tom. II. p. 80. De fame lethali e callosa oris ventriculi angustia diss. scripsit TRILLERUS, quain recusam et observatio- nibus auctam opusculis suis medicis vol. I. inse- ruit. Occurrit in HALLERI collect. diss. pract. vol. III. n. 74. Similem exhibuit LITTRÉ Mém. de l'acad. de Paris 1716. p. 235. et BRUGMANS Act. Haarlem. tom. II. p. 261. conf. Auscrl. Ab- handl. z. Gebr. prakt. Aerzte, tom. I. p. 43. Jure huic quoque alleganda est GRASHUISH, Jaini su- pra, ubi de tunicarum intumescentia sermo fuit, citata observatio. Complicata enim fuit illa cum callositate oesophagi, vertebris adhaerente easque ad quatuor pollicum longitudinem oblique conco- mitante. Teste HUENERSDORFFIO I. c. potatoris, inedia misere consumti oesophagus, ubi pharynx gem-

excipit, obstructus erat et callosus. Non negligi porro debet historia illa, quam BONETUS ex HEURNIO (obs. XXX.) in sepulchreti libr. III. sect. IV, obs. 7. suscepit. Juvenis asperrima hieme anni 1624 detecto capite et fenestris apertis corpus contra brumalem injuriam induraturus, in museo studiis iucubabit: mox de rigido et tumido collo conqueritur; malum ita augetur, ut Majo mense nil amplius deglutire possit. Emollientibus ad suppurationem perducitur tumor, profluit in latere sinistro ingens puris, pejoris indolis, copia, quo facto deglutitio facilior redditur; sed perforatio simul oritur, febris accedit lenta, obit saegrotus Junio mense. Sectio comprobavit perfectam medii oesophagi resolutionem. Alia vero pars a tumoris compressione callosa fieri incepit. Jam apud CAELIUM AURELIANUM de morb. chron. lib. III. c. II, legi: „initia atque summitas stomachi callosa“ testantur praeter MORGAGNIU. l. 1. ep. XXVIII. §. 15. GEUNSIUS et TRILLERUS. Quod ad quaestionem attinet, num superior vel inferior oesophagus frequentiorem calli sedem largiatnr, non possum non, quin MORGAGNIUS adiuam, qui, contra GEUNSIUM, inferiorem partem saepius inde affici contendit.

ββ) *Induratio cartilaginea.* Dyscatabrosis sternochorica chondrogenes PLOUCQUET diss. oesophagi cartilagineaescentia idem Biblioth.

Origo memorabilis hujus, ut MORGAGNIUS vocat, coalitus generis, quod sit per cartilaginem,

nondum extrā dubitationis aleam positum esse videtur. Tantum vero abest ut, quod plurimi putaverunt, semper a potū servido oriatur, ut a contraria omnino caussa a TRILLERO fuerit repetitum. Ex ultraque nasci posse, neque vero debere, probabile visum. Conf. quae de hac re disputantur egregie a MORGAGNIO l. c. ep. XXVIII, §. 15. PLOUCQUETUS cartilaginescentiam haud male e pertinaci humorum congestione explicat. Potest illa conditio esse sive universalis*), sive localis,

Ad illam sequentes spectant casus. H. SAMPSON Eph. N. C. Dec. I. ann. III. obs. 170. In dissecto foeminae cadavere totus oesophagus a clavicularum regione ad stomachum inventus est cartilagineus; et ita clausus, ut ne setam quidem admitteret porcinam. Accretus simul erat dorsi spinae eodem modo, atque cum ossibus coalescunt cartilagines naturales. Eodem exemplo usi sunt BONETUS l. c. obs. VIII. NAHYSIUS, VOIGTLIUS, HUENERSDORFFIUS aliquie.

VICTORIUS GIORNA in Epist. MORGAGNI XXVIII. §. 15. sectionem instituit principis Germani, qui *nulla* (?) quidem deglutiendi difficultate; sed ultimis dnobus vitae annis quotidiano, dhabus a prandio horis, vomitu laboraverat. Oesophagus fuit exterius membranaceus, interius vero cartilagineus, immo stomachum versus ad pollicis lati-

*). Certe maximam oesophagi partem occupans.

tndinem osseus. VAN GEUNS I. c. versio germ. p. 209. duo retulit exempla, ubi totus oesophagus interior in cartilaginem laevem fuit mutatus.

Ubi vero localis est cartilago, plerumque sub annuli forma occurrit. Talem descripserunt in inferiore parte: BECKERS Eph. N. C. Dec. I. ann. LIV. obs. 67., BONET sepulchretum I. c. obs. 9., VALLISNERI opere fisico-med. vol. III. obs. 36.
In superiore

COLLINS syst. of anatomy vol. II. pars II. cap. 14 (teste GEUNSO) similis casus occurrit apud WARNERUM cases in surgery obs. 9. et apud SCHALLHAMMERUM diss. de morbis fibrae muscularis ex materie animalis mixtura mutata cognoscendis (Halae 1798. p. 33. fig. VI.) recusa in REILII prompt. physiol. tom. IV. p. 287. tab. I. fig. 4. nec non apud LUTHERUM in HUFELANDII Ephem. tom. VIII. fasc. I. p. 117 sqq. Neque minus hoc quodammodo referri ad partem potest propria observatio, ubi de dysphagia a pulmonum vomica producta sermo erit, fusius describenda. Brevitatis studiosi omisimus BANGII, LIEUTAUDII, MARCAROLII, VAN DER STERRII, SCHURIGII aliorumque observationes, quas facili opera quisque in PLOUCQUETI bibliotheca et literatura medica nveniet.

77) *Induratio ossea* Dyscat. stenoch. osteogenes, oesophagi ossificatio PLOUCQUET diss. et bibl.

Cartilaginem sensim ossis induere naturam, confirmatur celebri illa GIORNAE observatione, de

qua paullo ante verba feci. Aliud exemplum communicavit METZGERUS in adversariis medicis vol. I. p. 175. Fuit in cadavere potatoris, dysphagia extincti, illa pars oesophagi, quae post tracheam sita est, contracta, obstipata, in osseam compagem transmutata. Practerea in museo anatomico WALTERI (tomi. I. p. 140) describitur oesophagus viri quinquagenarii, superius angustatus, inferius autem ad unius pollicis et dimidij longitudinem forma triangulari ossens. De eodem loquitur VOIGTELius in anat. patholog. ABRAHAMSON, simile quid vidisse, sc. partem oesophagi in osseam substantiam mutatam, testatur MECKELIUS in suo Archiv der pr. W. Arzu. tom. I. n. 16.

88) *Induratio scirrhosa*. Dyseat, stenoch. scirrhosa PLOUCQ. diss. scirrhositas oesophagi BONET Angina scirrhosa BOERH. V. SWIETEN strictura oesophagi scirrhosa, scirrhus oesophagi, dysphagia scirrhosa, canina SCHMALZ tab.

Siquidem callum, ut cartilaginis et ossilaginis primordium antea consideravimus, scirrhum pro carcinomatis initio declaramus. Primariam hujus mali sedem vix dubie in glandulis et vasis resorbentibus ponendam censemus; licet HOWSHIP in cardiae scirrho mucosam membranam habet mutantam; sed musculosam tunicam scirrho occupatam invenerit. Observatur scirrhus tanquam inflammationis non solitae exitus (conf. HONKOOP de morbo oesoph. inflammatorio p. 43): sive ori-

tur metastasi. SCHMALZIUS putat eum spirituoso-
rum abusū et ciborum ac potum calidorum de-
glutitione gigni. Raro planum efficit, sive parie-
tām tantum oesophagi locum explet, imo pronus
est ad luxuriantes excrescentias, ad tumores et
s. p. de quibus infra dicendum erit. Plerumque
ad cardiam, ob glandularum ibi positarum co-
piam locum habere videtur. — Huc in primis
spectat historia morbi, quam III. CLARUS in An-
nual. des K. klinischen Instituts z. Leipzig, tom. I.
fase. I. p. 144—48. narravit de puella rustica,
demum dysphagia extincta, cuius quidem oeso-
phagus ad trium digitorum latitudinem pone ex-
tremitatem inferiorem induratione obsessus erat
scirrhosa. Alia observatio legitur in LENTINI me-
dic. Beobachtungen, tom. II, p. 211 et 12. Vir
ultra sexaginta annos natus dysphagia obiit. In
oesophago duos pollices supra cardiam inventus
est seirrhus ultra duos pollices et dimidium exten-
sus, et simul canalem ad lineae unius diametrum
angustans. Scirrhum ad cardiam, ut videtur, si-
milem observavit FLEISCHMANN Leichenöffnungen,
p. 120, et TAYLOR Edinburger Versuche, tom. II,
obs. 25. Adjungo novum easum, quem benigne
meum communicavit Exp. CERUTTI.

BOETTCHER, sutor 34—36 annos natus, licet
statura parva et habitu debili, anteā tamen nun-
quam aegrotaverat. In ultimis vitae annis, ubi,
circa victimū sollicitus, vitam egerat sedentariam
et laboriosam, et magis cofcea ac nicotiana, quas

semper adamavit, quam victu laetiori usus erat, de disgestionis laesione queri coepit. Vomituritio levis et vomitus, in primis matutinus, ponderis in regione ventriculi sensus ciborum duriorum esum mox secutus, obstructio alvi et praeceteris maces corporis conturbabant aegroti aninum cumque impellebant, ut aquis s. d. vitae, (sed hic, uti saepe, mortis vocandae esse) amarioribus ac pilulis aperientibus opem sibi ferre experiretur. Anno vero 1817, cum symptomata omnia præceteris vomitus incrementum caperet: auxilium Exp. PUCHELTII imploravit. Tunc jam molestia deglutitionis tanta erat, ut cibi solidiores statim postquam ingesti fuerant, rejicerentur, et semper sensus ingratus in oesophago adesset. Variis per annum dimidium adhibitis remediis, iisque aptissimis aegrotus, patientia tam diu tentata privatus, curam interrupt et partim ad antea sumta remedia, partim ad alia, ab amicis laudata confugit. Meuse Aprili anni 1818 eo demum pervenit, ut iterum medicum, et quidem Exp. CERUTTI ad se invitaret. In deploranda versabatur conditione. Ne tantillum quidem cibi durioris plerumque retinere amplius poterat, coffeae potum tantum et jusculo tenui, caute sumitis, ne respnevuntur, vitam servans tristissimam. Si vero aliquando contigisset illi, esse tam felici, ut firmioris indolis frustulum in ventriculo maneret, diurno et molesto gravitatis sensu angebatur. Interim non remiserant solum dolores in deglutien-

lo, qui quidem spastici fuerant, imo evanuerant penitus. Lingua pura conspiciebatur ac humida, tamen non deerat sitis nimia, minus tamen vexans aegrotum, quam fames. Alvis sponte non soluta; clysmatibus parum evacuebatur, colore consueto, sed plerumque fluidior justo. Abdomen interdum flatibus expansum, ceterum naturale; meque hoc, neque illus oesophagi locis dolebat. Pectus, nisi flatibus opressum, liberum, neque tussis, neque sputa; sed facilis tenacis et glutino-sae salivae excretio.

Motu tamen nimio et cursu, respiratio anxia irredita est, haud dubie magis ex universa debilitate, cum summa corporis macilentia nunquam mon conjuncta. Vespere calor accessit, in noctem perdurans; sed absque sdore insequente. Antemeridianis horis frigus persensit miser. Pulsus continuo concitatus, absque energia, palmae ardentes, genae rubentes. Urinae seeretio naturalis, lotii conditio varia. Medicus ille Experiensissimus persuasus mali sedem in cardia esse; varius expertus est remedia interna et externa. Illa ferri non poterant, sive, quia vomitum ciebant; sive quia ardoris sensum in ventriculo provocabant; haec vero nihil efficere videbantnr. Inter omnia remedia optime conducebant emulsiones simplices oleosae s. cum hyosciamo et opio, parva dosi. Imminuebant molestum vomitum; sed etiam obstructionem augebant ita, ut ne clysmatibus adeo solvi amplius posset. Omnia, imo cof-

seam vomnit aeger, nunc lecto vincus. Febris adaucta, debilitas et macies ad sumnum evectae gradum. Sub vitae finem accesserunt tussis et expectoratio spumosa atque abdominis dolores periodici. Nutrimenta non amplius assumta. Alvus intra trium hebdomadum spatium non soluta. Exenite Majo subito aeger animam reddidit. Patet factum est e sectione, praeter stomachum et tractum intestinorum justo minores et pallidiores nec non oesophagi vitia, statim accuratis describenda nihil morbos iadfuisse, neque in abdome, neque in thorace.

Oesophagus sub illo loco, ubi praeterit trachea fissionem, ad dimidii pollicis longitudinem erat tumidus, ejusque tunicae incrassatae. In primis postice locus aderat cicatrici similis induratus, quemplexus nervorum oesophagei ramuli intrabant et permeabant. Confirmatur hoc exemplo observatio, quod nervi, ut primum in induratis partibus, e. c. glandulis, excipiuntur, deleri quasi et transmutari in morbosam illam substantiam videantur, alio vero latere sani iterum egrediantur. Quare explicatur, cur spasmoidae affectiones organicis dysphagiis facile supervenire soleant. Eo vero, quem ante descriptsimus, loco induratio adfuit scirrhosa, qua canalis ita erat angustatus, ut deglutitus fabae coffeeae carbunculus, lente hand major, viam penitus clauderet. Superius,

oesophagus sanus; inferius attenuatus repériebatur *).

Haec de induratione tunicarum oesophagi scirrhosa dicenda erant. Lapideae in oesophago indurationis exemplum invenire in scriptoribus non potui. Valent; quae conferre licuit, de dysphagia pharyngea:

γ) *Contractio* (oesophagi chronica) sub Dyscat. stenoch. exallactica PLOUCQUET diss. *Dysphagia pharyngostoma* SCIMALZ.

*) Partes morbosae; quarum iconem; ad Magni. et Ill. ROSENmuELLERI delineationem, quam ipse consueta comitate ac benivolentia in usum mihi permisit, exsculptam; addidi; asservantur in museo pathologico-anatomico Academiae Lipsiensis; descriptae vero extant in Exp. CERUTTI opere: Beschreibung der pathologischen Präparate des anatomischen Theaters zu Leipzig. Leipzig 1819. sub no. 857.

Explicatio tabulae secundae.

Fig. 1. Larynx cum trachea et oesophago; a fronte delineati. Tumescentia oesophagi sub trachea e fissione in longitudinem aperta, ut canalis angustatio et frustum carbonis in conspectum veniant. A. Larynx cum osse linguali f. B. B. Arteria aspera: C. C. Oesophagus. D: Cardia. a. Arteriae asperae divisio in bronchos. b. b. b. Glandulae bronchiales. c. c. c. c. Diameter tunicarum oesophagi incrassatarum. d. d. Apertus oesophagi canalis. e. Frustum carbonis in canalis angustatione, claudens oesophagi canalem. Fig. 2. Eadem, a tergo visa. A. Inferior pharyngis pars. B. B. Oesophagus. C. Ventriculus. D. Cardia. a. Epiglottis, prominens paullulum. b b. Bronchi et bronchia dissecti. c. Locus cicatricosus, induratus. d. d. d. d. Nervi vagi cum ramulis cicatricem penetrantibus.

Ad cauſas dysphagiac organicas jure quoque haecce contractio referenda est, licet interdum spaci naturam p̄ae ſe ferre videatur. Saepius dysphoeam et cerebri affectiones comitatur; nec non in mortuis ſimilem offendimus contractionem, quae, quod ſponte patet, huc referri nequit. (conf. HALLE RI Elem. Phys. tom. IV. p. 105. et de HEYDII obs. 92.) Dupli ci oriri potest ratione, ſive ita, ut contractio ab initio forſan spasmodica transeat in rigorem, absque partium deformitate; ſive hoc modo, ut interna membrana singulari fibrarum emiſſione oppoſitum canalis parietem ſibi adliget. Conf. HAGSTROEMI casus, e bulimo, ut dicitur, ortus in Kongl. Vetenskaps Acad. nya Handl. tom. XIX. 1798. No. 6. p. 298—304. F. RUDOLPHI schwed. Annal. f. Naturw. u. Heilk. tom. I fasc. 2. p. 26. Inde symphysin facile oesophagum pati, non est, quod moneam. Porro huc imprimis ſpectat GEUNSII tract. et vers. germ. in Auserl. Abhandl. tom. IV. p. 395. obs. III. Alterius contractionis generis ſpecimen largiri videtur J. RHODII cent. II. obs. 48. (conf. BONET sepulchr. lib. III. ſect. IV. obs. XIV.) ubi dysphagia oriebatur post febrem inflammatorm. Oesophagus in cadavere aperto aquam non transmisit. Simili modo contractum oesophagum in cadaveribus hydrophobia extintorum esse inventum (conf. Journal de med. Sept. 1755. p. 189) silentio praeterire nequeo.

δ) *Coalitus.* Dyscat. symphytica, et symphysis oesophagi PLOUCQ. diss. et bibl.

Frequentem sistit aliarum dysphagiae specie-
rum exitum, ita αα) e cartilagine, ββ) e scirro,
γγ) ex ulceratione oriri consuevit, venitque sub
dysphagiae, acataposeos nominibus; aliisque.

Quantum ad αα) hoc revocari debet STOFFE-
LII apud BONETUM in sepulch. I. paullo ante I.
obs. XX. ad ββ) MAUCHARTI diss. in HALLERI
coll. disp. chir. tom. II. p. 397. et VERHEYEN
anat. C. H. lib. I. tr. III. c. XIV. p. 286. (a com-
primentibus glandulis dorsalibus.) Coalitus γγ) ex
ulceratione saepius in variolis observatus est.
Illud enim exanthema haud raro pharyngem et
oesophagum occupare, recentissime testatur HOW-
SHIP praet. obser. in surg. et morb. anat. Lon-
don 1816. p. 253. Conferri dein possunt BAR-
THOLINI Act. Hafn. vol. I. obs. 109. Ephem. N.
(C. Dec. II. ann. IX. obs. 45. (teste MORGAGNIO)
et LANZONI in corundem act. Dec. III. ann. VII.
et VIII. obs. 47. SCHURIGIUS chylologia p. 266.
ridiculum admodum retulit casum, feliciter sana-
tum, et quidem — lucanica. Puer nempe illam
summa cupiditate devorare studuit, ruptura ita
facta est, et aeger sanitati redditus. — Alius ge-
neris ulcerationem coalitus secutus est in hisce
casibus: FR. SYLVIA prax. med. lib. I. cap. 5.
(teste MORGAGNIO I. c. ep. XXVIII. §. 15. et
BLANCARD coll. med. phys. cent. III. cap. 45.
(Ortus a steatomate.)

*) *Exulceratio* Dyscat. helcatica (ad partem), oesophagi apostenia PLOUCQ. diss. et bibl. Dysphagia purulenta, ulcerosa SAUVAGES, SCHIMALZ. Dysphagia ab oesophagi ulceratione BURSERIUS.

Conjunxi hac sub classe omnia aposiematum genera, respectu nullo habitu ad puris aut meliorum, aut pejorem naturam, cuius quidem certi fines constitui posse, maximè dubito. Sequi solet exulceratio inflammationem, corrosionem, laesione cuiuscunq; generis; oritur interdum quoque ex indurationibus callosis et scirrhosis, consociatur cum excrescentiis variis; spongiosis; carcinomatosis; carnosis, haud dubie superveniente nova inflammatione. Lacerat et diruit parietes oesophagi, saepius perforat *) et vicinas partes corrodit. Dignoscitur dolore ardente, vomitu purulento, e praegressa inflammatione, corrosione; laesione, e suppressa aliis loci excretione. Oritur plerumque, sive in suprema, sive in ima oesophagi parte, augetur (SAUVAGESIO teste) dysphagia inde sequens, adstringentium usu.

Ex insigni observationum numero memoratu digniores adducam, quod ad reliquas attinet lectores relegans ad VOICTELII anat. pathol. et PLOUCQUETI bibliothecas;

Post ARETAEUM (de cur. morb. acut. lib. I. cap. 2.) GALENUM injus dysphagiae mentionem

*) Vid. infra perforationem:

exhibuisse (de loc. aff. libr. III. cap. 5.) GEUNSIUS et SWIETENIUS demonstrarunt. Sequuntur SCHENK a GRAFENBERG obs. med. lib. III. obs. 2. 3. 4. 5., SCHURIG chylologiae cap. V. p. 260., BONET sepulchretum lib. III. sect. IV. addit. obs. 1., VAN DER LINDEN select. med. exercit. cap. IX. p. 261. ZIESNER rarus oesophagi morbus. Regiomontii 1731. ruptus puris saccus, nucis vomicae magnitudine. BRUNNER de gland. duodenali cap. X. p. 136. exulceratio imi oesophagi cum excrescentiis spongiosis. Duos similes casus feliciter sanavit BLEULAND de sana et morb. oes. struct. p. 54 in se ipso malum observavit: „memini, ait, me ipsum inflammatione in faucibus, loco, magis inferiora versus, quam qui in angina inflammatoria occupatur, correptum esse, comitantibus dolore acerrimo, febre continua acuta cum delirio, satis valido, dum plenarie eram privatus potentia nixum deglutitionis edendi: abilbat malum hoc in suppurationem, ita, ut abscessus formatus doloris quidem ac febris adferret remissionem; sed omnium aquae potulentorum accessus transitum impediret: rupto autem eo et eructata magna puris quantitate sensim pristinum oesophagus recuperavit vigorem, quo et adhucdum lactus gaudeo.“ Similis casus in VAN DER WIEL obs. rar. tom. I. obs. 25. et KNEPPELHOUT sectiones cadaverum pathologicae L. B. 1805. obs. II. p. 18. sqq. et tab. I. conjuncta cum hepatis absessu. MORGAGNI l. l. ep. XXVIII. §. 9.

male ab HUENERSDORFFIO: huc citatur, cum ibi de gland. maxill. induratione verba faciat.

.. ζ) *Ruptura et perforatio.* Dyscat. rhectica et spb helcotica PLLOUCQ. diss. Dysph. oesophago - dialytica SAGAR syst.

.. Duplici ratione considerari potest haec morbos a oesophagi indeoles, 1) quoad caussas, 2) quoad locum, quem occupat, 1) Utraque et ruptura et perforatio oriri potest in sano oesophago.

.. α) *Ruptura*, nisi vomendi producta.

Hujus tria existant exempla, primum, idque celeberrimum, ubi plane abruptus a ventriculo erat oesophagus vomitu, pleno illo, per carduum Benedictum excitato, auctore BOERHAVIO: atrocis nec descripti autem (Wassenarrii) morbi historia L. R. 1724 a ZIMMERMANNO in librum de experientia medica suscepta; secundum a DRYDENIO narratum in med. comm. of Edinbg. Dec. II. tom. III. p. 35. tertium a MEIERO descriptum vid. BALDINGER neuem Magaz. tom. III. fasc. V. ortum in tympanista, ex ictu, in caput directo.

.. β) *Perforatio* in sano oesophago a vermis producitur, testantibus GABRIELLO Eph. N. C. Decur. III. ann. VII. et VIII. obs. 188., BURSERIO inst. med. pract. tom. IV. p. 421. et THILOVIO in BALDINGER neuem Mag. tom. XII. fasc. II. art. 3.

.. Non minus, imo saepius ortum habet ruptura et perforatio, ubi jam prius alio modo affectus erat oesophagus. Ita in gangraena rupturam fieri vidi mus. Conf. REILII prompt. physiolog. tom. IV.

p. 379. Perforationis exemplum in sphaceloso oesophago e praegressa inflammatione observavit HESTER Acta med. phys. N^o C. vol. 1. p. 392.

2) Quantum ad locum perforatio fieri potest versus organes vicinas partes, in mediastinum posticum, quod saepius conf. MAUCHART diss. in HALLERI coll. disp. chir. tom. II. p. 397., in pulmones, laryngem, tracheam, aortam. Cum vero illorum organorum structura et ratio mihi persuadeat, negante licet BAILLIO, ab ipsis oriri morbosum fomitem, satius duxi, considerare illam perforationem sub protopathicis illorum instrumentorum morbis, qui dysphagiam movere possint.

Ruptura vix ultra oesophagum extendi potest.

3) *Dilatatio* PLOUCQUET bibl. Dyscatabros. evrysmatica, idem diss. eurysma oes. bibl. Dysph. sarcomatica & SAUVAGES Pharyngocèle; oesophag. succenturiatus, diverticulum oesophagi WICHMANN hernia pharyngis BORSIERI Dysph. pharyngocelica, pharyngeurysma, prolapsus oesoph. SCHMALZ.

Et hancce deformationem liberam ac normalem oesophagi actionem necessario impedire, nemo inficias ibit. Oritur facile e transversa tunicae internae plicatione, conjuncta enim totius canalis atonia; vel ab externis corporibus in illa tunica haerentibus; etiam e nimio magnum holtum deglutiendi nixu originem ducere posse, WICHMANNUS in ideis diagnost. I. c. p. 194. suspicatur. Quare frequentissime adest ejusmodi dilatatio.

nibicumque immunita est oesophagi capacitas, supra locum angustatum. Ubi vero id iopathica magis conspicitur, locum habet in superiori oesophagi parte, propterea, quoniam pharynx alia ratione et citius ac oesophagus contrahitur. Inter utrumque itaque plica relinquunt solet, quae excipit ingestorum ab initio pauculum, retento eodem dilatatur, ut plura condere possit, sic malum incrementum. Lentos progressus facere tamen solet; ab initio aliquam tantum deglutitionis molestiam aeger persentit, quam fortiori contentione facile superat, dein saepius post nonnullas horas, interdum posterius die, ciborum reliquiae cum sibilatu vel stridore quodam redeunt in fauces, quae foentent ceterum semper hac ex causa; plerumque incognita aut neglecta. Tum crepitacionis species, nisi ab adstantibus, certe ab aegroto animadversitur in peragenda deglutitione. Vomitus, qui postea ortum capere solet, eo differt a vulgari oesophageo, quod ruminata non deglutiuntur iterum cum libidine aegroti, imo respuantur illico multo mucor ac saliva commixta. Tales aegroti faciliter quoque deglutiunt, cum guttur manus comprimunt. Quo vero majus incrementum morbus capit: eo citius redunt in fauces cibi. Sedem mali distinete demonstrant aegroti, demum fame pessime perituri. Egregie super hacce dysphagiae specie disseruerunt WICHMANNUS I. I., qui initium morbi in phthisico observavit, sectione comprobatum p. 195., et LENTINUS Beiträge zur

ausübenden Arznei-Wissenschaft, tom. II. p. 214 et 15; duas adjiciens observationes ab ipso institutas. Alium easum a GIANELLA cum BURSERIO (inst. med. pr. vol. IV. pars II. §. III.) communicatum, licet memoria haud indignum, tamen brevitas caussa omittere coactus sum. Oesophagum supra locum obstopatum ad ovi anserini magnitudinem dilatatum vedit GRASHUIS II. supra; (v. intumescentiam) I. BLASIO oesophagus occurrit voracissimi hominis, ingluvici ad instar expansus. Fuit ille locus inter cor et diaphragma, et ventriculum quasi alterum simulabat. Descriptum et depictum oesophagum invenire licet in auctoris obs. anat. p. 120. tab. XV. f. 6. et in obs. med. obs. IX. p. 54. tab. VI. f. 5. Oesophagum ad extremitatem pharyngem sacco 5 poll. longo; et 3 poll. lato, ad vertebrae descendente praeditum, qui dysphagiā moverat 20-annorum, descripsit MARX (Goetting. gelehrt. Anz. 1783. num. CCIII. pp. 2034.) Plicae minoris magnitudinis, masticata carne replete, quae cadaverinum spirabat foetorem meminit ROENNOW vetes. Acad. nya Handl. 1785, vol. IV. conf. CONRADI anat. path. p. 101. SANDIFORTUM, ODIERUM, ISENFLAMMIUM et BUECKINGIUM similia observasse exempla, testantur CONRADIUS et VOIGTELIUS II. s. II.

† † C a n a l i s.

Jam progrediondum mihi est ad aliam causarum dysphagiae sectionem, quae mechanica po-

tius ratione, sed ab humana machina productis obturaculis canalem occludunt et dysphagiam consti-tuunt, quam antea a repletione nominavimus. Ab hac excludendam puto illam dysphagiam, quam a deglutitis non solum veteres appellant, utpote morbi, proprie s. dicti characteres plane denegantem. Necesse enim videtur, quaecunque vera morbosa affectio; *internae* corporis conditionis mutationem in se requirat. Verissima enim profecto cel. GAUBII (inst. path. med. §. 35.) verba: „nec facile quis: impedimenta externa huc (ad morborum caussas) retulerit, nisi qui ludere in re seria velit.“ Ad caussas itaque occasioales ex-terna corpora, oesophago illapsa, relegavimus.

Tumores vero et excrescentias, qualescumque sint, nec non hydatides et vermes, in oesophago haerentes, huic sectioni introducere non dubitavi. Etenim, quod ad vermes entozoo*s* attinet, non aliter possum, quin pro animalibus, morbosa organisini actione plastica natis, propria quidem, sed nondum omnino libera vita organica donatis, declarém, quae praeformantur quasi hydatibus, vita, licet organica, nondum tamen omnino a mater-ia sede liberata, praeditis, quibus quidem iterum accedunt excrescentiae polyposae, tumores tunicati, vita adhuc omnino privati. — Tacere neque possum, neque velim, cum hacce caussarum congerie maxime convenire illam, quae indurations tuni-carum continet. Attamen utramque structura magis, quam effectu similem puto. Eo enir-

differunt, ut illae tunicarum motuum impediant, haec vero claudant viam oesophagi. Quare; quemadmodum maxime differunt, ita etiam plerumque certis signis possunt dignosci. In genere respi-ciendum est, utrum mollioris aut durioris naturae sint. Piores, ad quas pertinent tumores pituitosi, aphtae, carunculae, polypi; Inpiae molliores, hygromata et rel. haec produnt symptomata: cibi duriores melius possunt deglutiri, fluidioribus: stylus exploratorius facile superat locum plus minusve occlusum: formam excrescentiae et tumoris tunicam facile discernit ex exercitata aptaque manus: facta disquisitione levatur dysphagia, spongiae vero stylo infixae adhaerent excrescentiarum mollium vestigia, vel cruenta, vel carnosa, vel mucosa. Aegrius cognoscuntur durioris naturae deformationes, cartilagineae, scirrhosae, steatomatosae. Tunc melius liquidiora ingeruntur, locus ille degeneratus fortiter resistit stylo balae-maceo; nisu vero tandem superatur. Ubi carcino-moma adest, dolor observatur singularis. Ita omnino habitus et constitutio, praegressi et compli-cati morbi, semper in consilium vocandi, faciem medico accendent.

Arduus labor fuit ac, vereor, inutilis fere, secundum mancas et breves veterum observatio-nes et descriptiones, varia hujus sectionis vitia ad distincta genera reducere. Quaenam in re, cum aliquoties erraverit tiro, benevolam lectorum excusationem precatur et auguratur. Spectant

ad hanc sectionem, hae auctorum denominationes, vagae nimis ac incertae, quam ut singulo generi possint adjudicari.

Dyscatabrosis stenochorica oncodes PLOUCQ.
diss. oes. excrescentiae polyposae, steatomata, id
bibl. Dysph. sarcomatica, carcrosa (ad partem),
a sarcomate syphilitico, a sarcomate HANNEMANNI,
a scirrho SAUVAGES, SCHMALZ strictura oesoph.
sarcomatica lupiosa SCHMALZ.

a) *Aphtae.*

Licet apud complures scriptores v. c. P. FRANKIUM epit. libr. III. p. 133. DOUBLIUM obs. refléx. prat. sur les muguet, Journ. génér. de méd. tom. XVIII. p. 13. vers. germ. in Auserl. Abh. tom. XXI. p. 365 sqq. WHYTTIUM Edinbg. med. Versuche, tom. III. p. 348. et VETTERUM aphor. anat. path. p. 133 oesophagum quoque illud exanthema occupare legerim, quod ex membranarum contignitate facili opera explicatur: pauca tamen observationes, ubi dysphagiam moverint, invenire valui. Refert ejusmodi exemplum, ab OSTERDYCKIO acceptum, BLEULAND in diss. de degl. diff. aut imp. vers. germ. Auserles. Abhandl. tom. IV p. 707. PLOUCQUETO teste simile quid dixit COLOMBIER in Hist. de la soc. R. de Med. tom. III.

Metastasi aphtarum a tunica oesophagi interna ad cellulosam ortam esse Dysphagiam post febrem nervoso-putridam, autumat STROEMIUS conf. Auserl.

Abhandl. tom. XXI. fasc. II. pag. 15; qui in se ipso morbum observavit. Movere autem hoc exantheema, uti variolas (vid. supra ulcerationem parietum) insignem deglutendi difficultatem posse, nemo negabit.

β) *Sarcoma.*

Aliquoties observatae sunt tales carnosaë excrescentiaë; quae praegressa exulceratione è tela cellulosa toriri videntur, et secundum FR. HOFFMANNUM, creseere et decrescere cum lyma solent. Insignem casum descriptis HANDEMANNUS Collect. Acad. fasc. III. p. 604. et Ephem. N. C. Dec. III. ann. III. obs. 47. a SAUVAGESIO repetitum (Nosol. meth. tom. IV. p. 125). Foeminæ post oesophagi exulcerationem succedit excrescentia carnosa, bis ferro caudente remota, tertio rediit; cum vero aegra operationem iterum experiri nolle, fame periit. Antiquissima hujus mali notitia in GALENO de sympt. causs. lib. III. cap. 2. obvenit, ubi dicitur: „accidere aliquando, ut etiam carnosum aliquid (qualia saepe foris videmus) in stomacho nascatur, quod vel omnino ciborum viam obstruat, vel aliquatenus impedit.“ Conf. MORGAGNI l. 1. ep. XXVIII. §. 15. nec non GEUNSIUS in traetatu. FR. HOFFMANNUS in notis ad Poterium cap. XXIX. meminit viri obesi sexagenarii, cui caro fungosa quaedam inereverat ad menses minoris magnitudinem in principio oesophagi eum lyma crescens et decrescens, quae demum deglutitionem ac respi-

rationem sustulit, ut periret aegrotus misere. Huc porro pertinent BRUGMANS Haarl. Verhandl. Deel II. p. 26. Samml. auserl. Abhdl. tom. I. fasc. III. p. 43. Edinburg. Versuche, tom. III. n. 9. (VOIGTELIO teste). SYLVIUS lib. I. cap. 5. (secundum SPIESSII auctoritatem.)

γ) *Condyloma.*

Oritur interdum ex ulceribus oesophagi venereis testante J. RHODIO obs. cent. II. obs. 46. et BONETO sepulch. l. c. obs. XII. SCHURIGIO chylog. p. 263 et 274. SCHNEIDERO chir. Geschichte, tom. X.

δ) *Exsarcoma.*

Spongiosae hujus ex ulceribus nascentis, eaque concomitantis excrescentiae exempla haec inveni: HOPFENGAERTNER in HUFELANDII Ephem. tom. VI. p. 556. complicatio cum concretione oesophagi ad pulmones et ulcere carcinomatoso. HANNAEUS Eph. N. C. Dec. II. ann. VIII. obs. 110. (e vulnere oesophagi.) BAILLIE anat of the morb. body p. 557. teste VOIGTELIO. Etiam BLEUALNDI obs. IV. de sana et morb. oesoph. str. p. 115. ad partem hoc spectat.

ε) *Polypus.*

Eandem membranam, quae in naribus, fauibus et pharynge polyporum genesi maxime favet, in oesophago quoque eos procreare posse, nemo

inficias habit, quorum magis observationes quaedam id demonstrent. E. nîmo pulveris sternutatorii Hispanici (vulgo Spaniol. dicti), usi productum oesophagi polypum descripsit SCHMIEDER de polypo oesoph. vermiciformi ravissimo; Delitii 1717. Coll. diss. pr. HALLERI tom. III. vet. Acta Erud. 1715. Octbr. Aliam vidi DALLAS, esset et obs. phys. et liter. read bef. the phil. soc. of Edinb. 1771. vol. II., qui tantae magnitudinis erat, ut cum vomitus sensu ad fauces protuderetur, et quatuor ramos ad dentes incisivos usque emitteret. Quo facto etiam respiratio maxime impedita est. Ligatura usu intra trium septimanarum intervallum per annum abiit (sed ad partem solummodo); recruduit iterum post duos annos, sed profundius dysphagia, qua vita privatus est aegrotus. Sectione apparuit rami tantum apicem, cuius cicatrix in conspectum venit, ligatura fuisse remotum; sed quatuor adhuc adfuisse, ad cardiam usque protensos. Fausti exitus observationes fecerunt HOFER in act. helvet. tom. I. p. 62. et LUETZELBERGER in HUFLANDII Ephém. tom. II. p. 62. sqq. (ubi narium quoque polypi meinorantur). Dubia VATERI de degl. diff. observatio, in qua de mole carnea, vomitu ejecta, quo facto sanguis per alvum abierit, verba fecit. Appendicis loco notabo et narium, faucium atque pharyngis polypos dysph. oesophagiam interdum procreare, dum ramis ad oesophagum emissis, canalem plus minusve obturant. Fata exempla narrant MECKREEN in obs. chir. cap. XII.

p. 76. (faucium polypi) et SCHURIGIUS chylolog.
cap. V. p. 275. (narium polypi duo, ligatura remoti); flebilia idem, (ibidem et VALENTINI Eph. N. C. Dec. II. ann. V. obs. 82. perhibuerunt. Insignis mihi videtur observatio, quod omnes polypi oesopliagi, nec minus narium et faucium, quibus dysphagia oriebatur, in genere masculo obvenient.

ξ) *Tumor mucosus.*

TULPIUS obs. lib. I. cap. 45. contendit, ejusmodi tumorem, interdum purgantibus et assiduis gargarizationibus (?) sanandum, oriri posse. Conf. quoque GEUNSII tract. in Auserl. Abhdlg. tom. IV. p. 491. Ex membranaceo corpore et muco compositum oesophagi impedimentum commemorat BEVERWYCK Schat. der ongezondh. p. 201. testante HALLERO in Elem.

Hic inserendum esset hygroma; sed, quod scio, nulla ejus in oesophago exstat observatio. In pharynge a COULASIO animadversum esse e SAUVAGESII scriptis satis innotuit.

η) *Lupia.* (Tumores cistici, saccati.)

Puto illam per atheroma, demum in lipoma vel steatoma transire, quac propterea sub hacce serie considerare, nullus dubito. Originem ducentevidentur e folliculis glandulosis, in oesophagi tunicis frequenter dissipatis, et praeter natu-

ram auctis et expansis. Huc relego FEHR *) Eph. N. C. Dec. II. ann. VIII. obs. 96. Et NAHÜYSIO verosimile evidetur, steatomatosum fuisse illum tumor, pone cardiam positum. THOMPSON med. consultatione var. diseas. p. 50 vers. germ. MARCARDI 1774. et Auserl. Abhandl. tom. III. p. 7. in inferiori oesophago. Eph. N. C. Dec. II. ann. III. obs. 47. SCHURIG chylologia p. 249. secendentibus per alvum globis solutus tumor; dubie hic relatus. PORTAL Cours d'anat. méd. tom. IV. p. 539. WIEDEMANN Act. phys. med. N. C. vol. VI. obs. 149. Tumor steatomato scirrhosus transitum aperit ad seriem sequentem. Forsan a lupia non differt tumor, quem callosum vocavit et descriptis THEDEN Wundarzn. tom. I. p. 80. 81.

§) *Scirrhoma et Carcinoma.*

Haec duo glandulas imprimis occupantia non specie, sed aetate tantum differunt; certe prius superveniente inflammatione, in alterum plerumque transit. Itaque ut varietates recensui:

Ad prius (SAUVAGESTO dysph. caninae causa ob glandulam canum in imo oesophago vercellioniam) pertinent: TAYLOR Edinbg. med. ess. vol. II. art. 22. vers. germ. II. obs. 25. Tumor scirrhosus illius in quo ulceræ minuta copiosa. PRINGLE bid. tom. II. obs. 24. PONTICELLI cons. 14. (tèste HALLERO). RHODIUS obs. med. cent. II. obs. 147. VOLCHUS COITER ext. et int. princ. C. H. part.

*) Auserl. Abhandl. IV. mendio typographi legitur FEHR.

tab. I atq. exerc. (tumör pugni magnitudinis ad
cardiam). : SANDIFORT in BLEULANDI de sañ. et
morb. nos. struc. zobs. ap. 58. ENGSTROEM praes.
ENGELHART, diss. sistens dysphagiae casum. Lun-
dae 1796. Conf. TODE; med. Journ., tom. II.
fasc. IV. p. 60; imprimis vero RUDOLPHI schwed.
Annalen für Natur- und Heilk. tom. I. fasc. II.
p. 165 sqq. Reliqua exempla videantur in PLOUC-
QUETI literatura. noscunt acili in aliis tumo-
ris Ad carcinoma spectant: 1. 1803. 2. 1804.

MANGETUS' bibl. pract. libr. IV. p. 860. BÖNET, sepulch. libr. III. sect. IV. obs. 2. Comment. Haarl. T. XI. pars I. p. 212. De reliquis videatur VOIGTELII Anat pathiol.

v) *Excrecentia cartilaginea.*

De hac, parum nota deformatione GRAEFFIUS
diss. scripsit: de callosa excrecentia, oesophagum
obstruente. Altiori 1764.

Appendix. 1. Hydatides;

in oesophago repertas esse, testatur quidem
VETTERUS; aphor. anatomopath. p. 135, cum aliis;
attamen easum in scriptoribus invenire non potui.
Probabile tamen videtur, cuim ad MORGAGNIO in
pharynge fuerint observatae, posse quoque iu-
sophago existere; quod si fuerit, fieri hon potest,
quoniam inde dysphagia oriatur.

^{*)} S. LONDINI Gothorum, nec vero Anglorum (Londres), uti legitur in Diction. des. scien. méd.

2) *Vermes.*

In hacce superiori tubi cibarii parte rarissime vermes observati sunt. Prima, quantum scio, hujus rei notitia apud VATERUM occurrit, in Mus. ejus anat. proprio p. 92. Describit oesophagum a verme, quem lumbriculum vocat, perforatum, cum haerente adhuc in foramine verme. Deinde BURSERIUS in inst. med. pr. tom. IV. p. 291 ostendit, a conglomeralis in oesophago lumbricis, ibique cunctantibus dysphagiam oriri, quod in puerilla febre gastrica verminosa laborante et prope suffocata observavit. Sectio cadaveris rem comprobavit. Alio vero loco; p. 421. dicitur, quod supra leviter tetigimus: „vidimus in cadaveribus vermes sibi ex oesophago viam parasse in cayum, thoracis.“ Confirmavit vero hanc BURSERII observationem Exp. CLARUS, vir aequi illustris, ac ilustrans. Ex ipsius enim dilectissimi praceptoris ore accepimus (quod publici juris facere consueta sua permisit benvolentia): se dysphagiā in febre gastrica vidiisse, ejecto lumbricorum globo sublatā. Dubium relinquō: utrum vermes in ipso oesophago ortū ceperint: an per ventricūlum exsurrexerint? Utrumque fieri posse non negaverim; sed peritioribus hancce rem ulteriori disquisitioni non relinquō solum; imo commendō.

Jam absolvī secundam caussarum dysphagiae organicarum classem, omnia ea mala complectentem, quae, ut plurimum ad internam superficiem orta, canalem oesophagi replendo claudere pos-

sunt. Verum enim vero tertia classis, quam nunc
ingredior caussas amplectitur

— et cisa : b) *extra oesophagum* positas, sola compressione dysphagiā excitantes. Jām bēne carūm congruentiam perspiciens PLAUTUS in diss. s. I. mānipulum sub nomine dysphagiōseos thlipticas estimeravit: Immiscuit vero et Valsalvianam s. h̄yoideām Dysphagiā *) et angioplānicām, quam supra consideravimus. Maximā quoque partem huc spectat prima WICHMANNI dysphagiāe species, cui nomen ab immunita cāpaciitate tribuit. NAHYSIUS omnes hasce cāussas sub nomine, satis apto, externarūm coniunctit. Apud GEÜNSIUM recensentur sub quarto cāussarūm diffic. deglut. numero, compressionis que nomine. Stricturām oesoph. compressoriam (pharyngoperistolen) SCHMALZIUS nuncupavit; BURSERIUS vero eas sub vitiis oesoph. externis consideravit. Symptomatologia harum aegritudinum in genere ferē ea est:

Ab initio deglutitionis molestia parca adest; dicunt aegri, colliculum quasi aut moutem supervenī cibos. Stylus exploratorius (in morbo simplici) nullam sentit oesophagi ipsius mutationem sed percipit manus habilis et usu firmata, compressionem extrinsecus fieri, itaque minus strenue resisti premente digito. Potest obstaculum in

*) Quām récenter WENTZIUS diss. de déglutitionis mechanismo, Erlangae 1790. p. 50. iterum observavit.

quavis subsistere oesophagi parte, ut plurimum autem (ubi a glandulis dorsalibus producitur) in vertebræ quintæ regione invenitur. Sensus pressionis, qui ab initio adest, augetur, ubi, quod saepius fit, oesophagus ipse sympathice afficitur, quando scilicet inflammatio, callus, cartilago, adeo exulceratio et perforatio oriuntur. Pulsationis sensus adest, ubi aneurysma dysphagiae ansam praebet. Ubi vero magnus adest tumor, steatomatosus vel scirrhosus, dolor acerrimus in toto pectoré persistit, respiratio afficitur, comppresso diaphragmate et suffocationis metus saepius provocatur. Simul vero et constitutionis aegri, morborumque et praegressorum et consociatorum rationem habendam esse, nunquam medicus obli- viscatur.

Possunt dysphagiam hancce oesophageam thlippiticam varia gignere instrumentorum vitia in collo, pectore et abdomen, positorum, quae quidem hac in serie nunc equidem contemplabor.

† Colli.

α) *Tumor* αα) *rheumaticus*.

Ejusmodi tumorem totius colli, demum suppuratione solutum, sed simul cum oesophagi perforatione callosaque ejus induratione coniunctum, supra memoravimus, de callosa induratione disserentes. Quid sit tumor ille carnosius colli medii, omnino deglutitionem suppressiens, quem descri-

psit BLANCART Coll. méd. phys. cent. III. obs. 54.; ignoramus.

ββ) *adiposus.*

Partibus colli anterioribus, in primis tracheae et oesophago tantum adipis, ejusque indurati, adhaerere posse, ut deglutitio, praesertim ciborum inde impediatur, testis est BONETUS sepulch. lib. III. sect. IV. obs. 24.

ρ) *Vertebrarum αα) luxatio* Dysc. thliptica spondylica PLOUCQ. diss. Dysph. devia et violenta SCHMALZ (ad partem).

Et spontanea, e' vertebrarum sarcosi nata, et violenta luxatio caussa esse dysphagiae potest. Notissima est ab antiquissimis inde temporibus. ATLANTIS et epistrophaei luxationis memoriam fecit jam HIPPOCRATES Aph. 26. sect. 3. et Epid. s. II. Spectant vero ea magis ad pharyngeam morbi speciem. Porro CELSUS monet, in capite luxato neque bibere, neque loqui hominem posse. De GALENO jam antea dictum est. AETIUS Tetrab. II. Sem. IV. medelam commendavit. PAULUS AEGINETA vero lib. III. cap. 27. noluit, talibus aegrotis medicinam adhiberi. Ab Arabibus observatam suisse CL. SPRENGELII path. gen. p. 461. auctoritate adducam. Egregie quoque super hac re dissemit SWIETENIUS Comm. ad BOERH. aph. 818 Diagnosis hujus mali non minus, quam curatio ad chirurgiam magis pertinet.

ββ) *Apostema.*

Casum, ubi apostema inter corpora vertebrarum, pharyngem et oesophagum ortum, dysphagiā excitaret a DOEVERENIO communicatum publici juris fecit BLEULAND diss. de diff. ant imp. alim. depuls. L. B. 1780. vers. vern. in Ausserles. Abhandl. tom. IX. p. 686.

Posse vero etiam spinae colli deformitatem excitare dysphagiā hoc modo, ut medullam spinalem comprimit et inde paralysin aut spasmos provocet SWIETENIUS contendit comm. in BOERH. Aphor. 818. MORGAGNI autem l. l. ep. XXVIII. §. 16. testatur, sub eadem conditione morbum oriri ita quidem, ut oesophagus, tractum spinae sequens, per vim elongationis angustior evadat et naturalis actionis vim inde amittat.

γ) *Pharyngis saccus.*

Mirum sane videri possit: pharyngis vitium dysphagiā oesophageā mouere; attamen omnino huic spectat pharyngis saccus musculosus, quem ex museo HUNTERI descriptsit LUDLOW in litt. ad illum, med. obs. and inq. vol. III. n. X. p. 85. vers. germ. n. 74. Conf. praeterea possunt de hoc casū BAILLIE morb. anat. ed. SOEMMERRINGII p. 54. et VETTER aph. anat. path. p. 135. Viro nempe sexaginta annos nato nucleus fructus cerasi per tres integrōs dies inhaeserat in inferiori pharyngis extremitate ita, ut nihil deglutire interim valeret. Postea, quod sectione comprobatum est,

formabatur saccus musculosus inter vertebrae et oesophagum in pectus descendens, ad quem liber a pharynge patebat aditus. Quare saccus repletus comprimebat oesophagi cavitatem ita, ut nihil amplius transire posset.

β) *Laryngis vitia.* Dyscat. thlipt. laryngea PLOUCQ. diss.

αα) *Luxatio cartilaginis thyreoideae* dysphagiam procreavit in observatione Act. N. C. vol. VI. goma, testante PLOUCQUETO. Idem effecit

ββ) *ossea laryngis compages*

conf. BAILLIE neue Bemerkungen über d. Anat. des kr. Baues in Auserl. Abhandlung, tom. XX. fasc. III.

ε) *Tracheae αα) Moles aucta.*

Vid. TONNANI Atti di Siena, tom. III. p. 237. etiam in Auswahl der best. Beobacht. für Wundärzte, tom. I. p. 66.

ββ) *Tumores*

varii generis, plerumque ad tracheam, verum etiam in tela illa cellulosa orti, quae oesophagum arteriae asperae annexit. Oriuntur in primis e glandulis corruptis et arrosis. Impeditur aequa deglutitio, ac respiratio. Huc referri potest: BONNET sepulch. I. l. obs. XIV. BLEULAND diss. supra l. obs. II. versio in Auserl. Abhandl. tom. IX. p. 731. TULPE obs. libr. I. cap. 44, p. 88. (tumor dicitur carnosus) BLANCARD coll. med. phys. cent. II. obs. 51. WARNER cases in surgery. obs. IX.

γγ) *Excrecentiae.*

Ossea ad laryngem occurrit in Eph. N. C. Dec. II. anuo II. obs. 116.; carnoso-steatomatosam observavit BONET in sepulch. lib. III. sect. IV. obs. 3. in puella hectica, dysphagia laborante, demum exstincta circa oriundam e palmonibus tracheam moles steatomatum carne permixta, ovi magnitudinem excedens inventa est, quae tam tracheae, quam oesophago adhaerebat. In

δδ) *apostema et perforationem*

oesophagi facile transeunt inflammations. Magnam observationum copiam, et quod plurimum valet, diligenter conscriptarum, adducere licet. SANDIFORT Mus. anat. acad. L. B. vol. I. sect. V. p. 243. n. XIV. tab. CVI. f. 3. LE CAT Recueil d'obs. de méd. des hopit. milit. tom. I. p. 400. Plura in trachea foramina reperiebantur; oesophagus vero sub larynge ulcerosus et carcinomatous. ZEVIANI mem. di matem. e fis. della Soc. Ital. tom. VII. germ. in WEIGEL Ital. med. chir. Bibl. tom. IV. fasc. I. p. 60. Hicce casus docet, prius tracheam affici, quam oesophagum. Praecessit tussis cum sputis purulentis, tum dolores in utroque organo secenti sunt, in trachea magis pungentes. Ipsi aegrotae videbatur sonus in abdomen penetrare. Ingesta tussi rejecta. Deniun rancedo abiit in aphoniam. MORGAGNI l. l. ep. XV. §. 15. Locus infra cartilagineum cricoideam. Ex tumore gl. mucosae ortum apostema. BANG Auswahl aus d. Tagebuch d. K. Krankenhauses in Kopenhagen,

September 1783. KNEPPELIHOUT sect. cadav. pathol. obs. I. ulcus, uti perhibet auctor, oesophagi in tracheam penetrans, ortum e suppressa scabie. HENNING in HUFELANDII Ephem. tom. VIII. fasc. IV. p. 35—60. cum ictone. Sub cartilagine thyreoidea et cricoidea vulnus diimidii pollicis longitudine, ortum in constitutione scrophulosa ex arthritidis metastasi.

Dysphagiam acutam valde, mox sanitate vel morte terminatam observavimus ubi

εε) *corpora peregrina*
illapsa haerent in arteria aspera.

ξ) *Glandulae thyreoideae tumor et induratio.*
Sub Dyscat. thlipt. choerad. PLOUCQ.

Inventus v. gr. est inter lobulos hujus glandulae a MORGAGNIO l. l. Ep. 23. §. 4. globus, humoris, oleum amygdalarum referentis, plenus. Male a PLOUCQUETO bibl. et diss. hoc exemplum citatur ad dyscat. hydrothoracicam. Adfuit quidem aqua in dextro thoracis cavo feminae illius Patavinae, cuius morbum ac sectionem descriptis MORGAGNI; sed ea neutiquam caussa fuit dysphagiae; potius tumor modo descriptus, et forsitan cordis nimia moles. J. VOEGEN VAN ENGELEN obs. II. in adnot. ad BLEULANDI diss. de diff. alim. dep. Tumor intra 17 annorum spatum sensim aductus, deglutitionem impediens. Obs. ejus, qui NAUYSIT diss. idiomate germ. vertit in Auserl. Abhandl. tom. IV. p. 11. VAN GEUNS tract. ibid.

p. 397. obs. IV. gl. tumida et indurata. VAN SWIETEN Comm. ad Boerh. aph. 797. Tumor emollitus est et lanceola apertus, sed infausto exitu. Ceterum huc spectant MECKREEN, obs. med. chir. 54. DE HAEN diss. cas. II. WATHEN mem. of the med. soc. of London, vol. I. SAVIARD Heelkund. Waarnem. n. 91. Non minus hac revocari debent struma in primis interna et bronchocele, quibus dysphagiam symptomaticam supervenire testatur praeter alios RICHTER morb. chron. tom. III. p. 753.

η) *Carotidis aneurysma.*

Mentio ejus, tanquam dysphagiae caussae facta est in WERNERI epist. gratulat. Lips. 1776. et in WAIZ neuen Auszügen, tom. VIII. p. 95.

θ) *Art. subclaviae aneurysma.*

Quidam inter venandum caput deflexit strenue, ut inde et deglutitio et respiratio impiderentur. Quindecim mensibus elapsis in mortuo cum aorta dilatata, subclav. dextrae saccus aneurysmaticus repertus est, quo trachea et oesophagus comprimebantur. RENEAULME Mém. de l'acad. d. Scienc. d. Paris. 1700. p. 50.

ι) *Glandulae thymi tumor et induratio.* Dyscat. thlipt, choerad. PLOUCQ. (ad partem).

Fabrica thymi celluloso-membranacea, mollis praedisponit illam glandulam ad varios morbos. Tumet e stagnatione humorum; talcm observarunt BONETUS sepulchr. libr. III. sect. IV. obs. 10.

(in lue syphilitica). HALLERUS oper. anat. path. p. 17. §. 6. in puella phthisica, mole ovi columbini, undique robustis tunicis clausa, adnata oesophago, intus pure plena. VAN GEUNS tract. Ausserl. Abhandl. tom. IV. p. 184. TITSING verdonkerte Heelkunst opgeheldert. p. 576 (GEUNSIOS teste). VERDRIES Eph. N. C. Cent. VIII. obs. 90. Perinde vero etiam induratur et in scirrhum abit, quod viderunt HALLERUS et BORDEU conf. illius El. phys. tom. III. p. 15. Osseam vidit BINNINGER; nimis vero obesam SCHEUCHZER Bresl. Samml. 1723. p. 614. Viam nobis aperit glandula thymus, partim in pectore, partim in collo sita (hic vero in primis dysphagiam provocans) ad organa,

††† P e c t o r i s.

Hic in primis consideranda sunt:

a) Steatomata.

In casu a. cl. BOERHAVE observato et descripto: atrocis rariss. morb. St. Albani historia L. B. 1728. steatoma pondere trium librae quadrantum, superficie durum, aequale, niveum, in medio punctula parva lactea, massa lactea, haud purulenta, farcta obsessum, repleta a larynge ad diaphragma utramque pectoris cavitatem, pulmonesque valde comprimens reperiebatur. Similia viderunt JAMESON Edinburg. Versuche, tom. III. obs. 26. p. 485. Durum et magnum steatoma oesophagi decursum ad regionem sub diaphragmate sitam usque su-

quens. ABERNETHY Act. Edinburg. tom. III. p. 353 (teste GYSERO).

Vertebrarum dorsi morbos ansam praebere posse gignendae dysphagiae, eo minus dubito, quoniam ex oesophagi morbis organicis, ossea quoque dorsi compages facile in sympathiam vocatur; sed exempla in scriptoribus invenire, nondum contigit. Non melior sors adrisit mediastini postici hydropis, dysphagiam provocantis casum sedulo quaerenti. RICHTERUS tamen morb. chrōn. tom. I. p. 323. dysphagiam, ut signum illius morbi recensuit. Jam progredior ad

β) pulmonum

varia vitia, thlipsin oesophagi efficientia Dyscat. thlipt. pneumonica PLÔUCQ. diss.

αα) Induratio.

Ait SWIETENIUS comm. ad BOERH. aph. 797. HAENIUM vidisse dextrum pulmonem, superiori parte scirrhosum, mediastinum et oesophagum, versus sinistrum latum protrudentem et cavum oesophagi ita arctantem, ut supra locum compressum dilatatio observaretur. Idem casus, ut mihi videtur, postea evulgatus est in observatoris diss. de degl. imp. cas. III. et in opusc. posthumis, pars. I. p. 203 sqq. ubi dicitur: pulmonem simul purulentum fuisse. Conf. quoque CONRADI anat. path. p. 96.

ββ) Vomica.

Siquidem vomicarum diagnosis in universum quandoque difficilior, et minus tuta evadit; in pri-

mis etiam ea dysphagia plerumque male intelligitur, quae ab illo dependet pulmonum malo. Signa enim aegrotantis pulmonis, testante jam SWIETENIO comm. ad Boerh. §. 786., maxime obscura esse solent tum, cum in supremo apice hujus visceris et posterius locum habent vomicae. Alioquin, quod ex organorum situ facile intelligitur, ad gignendas dysphagias conferre quidquam nullo modo possent. Insigne in universum est et mirabile profecto, quantas mutationes illo in loco ferre possint pulmones, absque totius corporis labe. Inveniuntur sane, quod diuturna probat experientia, in cadaveribus hominum, alio plane, quam pectoris morbo extinxitorum, vomicae et nulla eorum symptomata apparuerunt. — Primam Dysphagiae ab hacce caussa notitiam invenimus in Epiph. FERNANDI C. historja med. Venet. 1621. Aliam in BONETI sepulch. lib. I. sect. XXIII. obs. I. Citissime haec cum dispnoëa conjuncta dysphagia in mortem abiit. Lanio, ut videbatur perfecte sanus, aliquando versus meridiem dolores circa laryngem et fauces, nec non deglutendi illico sensit difficultatem et sequenti nocte strangulatus interiit. Pulmo inventus est purulentus. Nulla tussis aut haemoptoë praecesserant. Porro VOLKAMER Eph. N. C. Dec. I. ann. II. p. 405. BERNARD Epist. ad HALLERUM scriptae vol. III. (teste PLOUCQ. KEIR (med. comm. vol. I. n. XI.) in posteriori dextri pulmonis margine hominis phthisici, per ultimos vitae dies dysphagia affecti, ul-

cus observavit tracheam et oesophagum perforans. Simile quid vidit WATHEN mem. of the med. Soc. of Lond. vol. I. Tum GEUNSII obs. X. et V. hic pertinent. Haec dubia remansit, cum sectione comprobari non posset, puris certe copia ejecta est. Conf. Auserl. Abhandl. tom. IV. p. 398 *). Tandem BLEULANDUS in diss. de diff. aut imped. slim. depul. exhibuit historiam dysphagiae e vomica pulmonum et glandularum induratione memoratu dignissimam; eamque postea iconē instructam in obs. med. de sana et morb. oesoph. structura recudi jussit. Vernaculo idiomate e: Genees-Natuur en Houdkundig Kabinet, uitgegeven door J. VOEGEN v. ENGELEN, Deel II. p. 209. redditum est in Auserl. Abhandl. tom. IX. obs. I. p. 719 sqq.

Subjungo similem, sed simpliciorem observationem, quam in nosocomio Senatus Lipsiensis a ST. JACOBO nominato et sub Illust. et Exper. CLARI auspiciis florente instituere licuit. Addere quoque non dubito, imo lectoribus gratissimum fore confido, delineationem, dextera et amica Exp. atque ampl. WEBERI manu ad praeparatas partēs, museo anatomico-pathologico traditas, confectam, quam SCHROETERUS acad. nostrae pictor et sculptor solita fide ac habilitate aeri incidit.

*) Qui a PLOUCQUETO laudatur casus dysphagiae a pulmoni vitio ortus ex observatione PORTALII, ad spasmodicam spectat dysphagiā.

HISTORIA MORBI.

OLSCHER, capilloruin eoneinnator, sexaginta annos natus, constitutione scrophulosa, torpida, corpore emarcido, ingenio tardo, receptus est in nosocomium d. XX. Octobr. 1818. Per omnem vitae suae aetatem secunda usus valetudine, autem hos decem annos in morbum pectoris incidit, quem inflammatorium fuisse e singulorum signorum relatione, quorum obscura tantum illi supererat recordatio constitit, hoc uno non satis perspicuo, quod, saigninem se eo tempore exscreasse, constanter negaret. A quo morbo, cum feliciter convalescet, per novem annos continuos ab omni morbo fuit incolumis. Interea vero, cum opificium ejus, mutatis penitus hominum moribus, langueret et propemodum exspiraret, otii molesti et penuriae solameu quaesivit in hauiendo vini spiritu, nec non coffeae usui nimium indulxit. Ante annum dimidium et quod excurrerit prima sensit difficilis deglutitionis vestigia. Commorabantur enim eibi, loco quodam eerto et non nisi contentione ac nisu fortiori poterant ultra in ventriculum ferri. Locus ille fuit in medio pectore sub corpore sterni, ceterum nimis impressi, in quintae aut sextae costae regione. Postea sensim adaucta est illa deglutiendi molestia eo modo ac ordine, ut primum cibi quasi supra monticulum ferri viderentur, deinde cibi duriores diutius in

oesophago haerorent, mox sensus premens illius regionis perpetuus accederet, denique portio assumitorum, muci copia comniixta resurgeret, tandem vero omnia firmioris indolis ingestā in fances rejicerentur, ita quidem, ut jusculum et potum tantum deglutire miser posset. Sub hoc deum verum statu medicum imploravit auxilium.

Observabantur d. XXI. Octbr. muci spumosi ac saliva excretio copiosa, lingua exsanguis, appetitus omnino valens, alyns continuo clausa, abdomen neutram inflatum, tussis et febris nulla; pulsus tardus, debilis, et rhythmo et energia aequalis; sed macies corporis et virium debilitas insignis. Ex hisce signis cum relatione aegroti collatis: morbum dysphagiā oesophageam ejusque caussam, etiamsi haud parum abscondita videtur, tamen vel in glandulis circa vertebram dorsi quintam tumefactis, vel in ipsis oesophagi tunicis, callositatem et duritiem nactis, positam esse tam ex loco, quem occupabat deglutitionis impedimentum, quam e constitutione hominis scrophulosa et ex nimio spirituosousu usu, cui deditus fuerat, intellectum est. Quare, ut certius constaret vera morbi sede ac indole, quam primum id permisit aegroti conditio, immissus in oesophagum est stylus flexilis ex pinnis cetaceis, qui in regione vertebrae quintae thoracicae offendit obstaculum ad posterioreni oesophagi parietem; sed extrinsecus locatum, idque nec circumscriptum,

nec durum; sed quodammodo elasticum et instrumento facile edens, ita quidem, ut brevi quasi angustia superata ultra promotus stylus libere in ventriculum descenderet. Tantum autem abfuit, ut molestiam aut dolorem ab hae exploratione ferret aeger, ut ejusdem reiterationem postea auxie expectaret et enixe peteret, nec non muci exeretio et alimentorum descensus inde redideretur copiosior et liberior.

Quare cum satis pateret: oesophagum et glandulis obstructis extrinseeus aretari, et callum ejus alicubi fieri ineipere: indicata videbantur remedia s. d. incidentia et resolventia, tam ore assumenda, quam extus administranda, habita simul virium, nutritionis et symptomatum urgentium ratione. Has indicationes secuti, propinavimus primum Calomel et Ipeeeaeuanham in refraeta dosi, ita quidem, ut illius tertiam grani partem aliquoties de die sumeret, hujus octavam. Postea his remediis additum est extractum Cieutae, nec non, omissa Ipecacuanha, sulphur antimonii auratum, interpositis ob alvi tarditatem, iis, quae alvum leniter ducunt. Ceterum unguento mereuriali eum liniimento volatili collum et superiorem dorsi regionem perficari euravimus, levem salivae fluxum inde oriundum nequaquam veriti.

Sic, nullam fere morbi vieissitudinem expertus homo ad IV. d. Decembris miseram satis traxit vitam, deglutitione modo fortins impedita, modo liberiori, ita quidem, ut nonnunquam om-

nia, quaecunque ore assumisset, brevi redderet; non unquam autem etiam duriores cibos admitteret et retineret, parum interea febri ac tussi exagitatus et pro mentis suae imbecillitate, haud multum de futura sorte sollicitus. Jam ex inopinato, praegressa nova fauci exploratione tussis accessit vehementior ejusque ope ejecta sunt cum vomendi conatu, sputa purulenta, ichorosa et valde olida, quorum copia intra unius noctis spatium fere librā unam exacquavit. Simul repeute febris aucta et continua redditā est, accedente calore cutis hectico et sudoribus matutinis. Sub hac rerum conditione parum profuit aegro, remisisse nunc deglutitionis impedimentum, et ipsam quoque tussim, peracta puris evacuatione, esse mitigatam. Patuit nempe, abscessum in mediastino posteriori delitusse, eumque obicem deglutitioni opposuisse, nunc vero, patefacta sibi in oesophagum via, liberum dedisse alimentorum et potulentorum descensum; praeterea autem febrem hecticam aegroto futuram esse fatalem. Cui, ut, quantum fieri posset, succurreretur simulque puris indoles emendaretur ejusque ejectio redderetur facilior, administravimus potionem ex Myrrhae et Cascarillae extractis cum infuso Foeniculi et melle despumato, addito blando vitae regimine, lacticiinis et s. p. Sed incassum omnia! Febre continua et sudoribus nocturnis, agrypnia rel. magis in dies attenuatae sunt vires, quibus, prostrato penitus ciborum desiderio per viam nutritionis succurri

non potuit. Nec diu mors morata est. Decima enim septima, ex quo abcessus ruptus erat, dic, languore confectus placide reddidit animam.

Sectio duce III. CLARO ab Exp. WEBERO quadragesima octava post mortem hora instituta haec docuit:

Reperiebatur

I. totius corporis macies summa, oedema nullum; sed hydrocele in dextro latere.

II. Colli et pectoris musculis lege artis praeparatis, cavum pectoris, ut liberior ejus adspectus daretur, sectione, inde a prima costa media oblique retrorsum ac deorsum ducta aperiebatur, quo facto exigua humoris aquosi pellucidi sed luteoli quantitas effluxit.

III. Pulmones totum pectoris cavum repletos opaco et nigro-coerulco colore insolite tincti et quibusdam in locis cum pleura concreti erant.

IV. Nunc, ut oesophagus melius in conspectum veniret, trachea cum larynge et glandula thyreoidea summovetebatur, ita quidem, ut vasis et nervis majoris dignitatis parceretur. Quare insignis patebat venae jugularis dextrac et ramu communicantis dilatatio.

V. Pulmonibus utrinque elevatis, in dextro mediastini postici latere, praeter venae azygos insignem expansionem nihil anomali, in sinistro vero similiter vena hemiazyga dilatata reperiebatur.

VI. A sexta vero ad octavam dorsi vertebram pulmo siuister cum glandulis, ibi positis lymphaticis, ceterum volumine aductis, cum oesophago post illum descendente cumque aorta firmiter erat concretus. Cum vero inde dissolveretur, rupit vomica, profunde in parenchyma intrans et foetidum fascumque pus effundens.

VII. Glandulae lymphaticae modo commemoratae, non solum tumidae erant, imo induratae.

VIII. Reliqua pulmonum pars, excepta illa, quae proxime circumdans vomicam nodosa apparuit, illaesa videbatur.

IX. Cor parvum atque flaccidum, superficie maculis quibusdam albis obsitum, ex effusione ac condensacione lymphae plasticae sub propria cordis tunica exortis. Substantia cordis et valvularum naturalis. In ventriculo dextro et in aorta polyposa coagula durioris indolis. Aorta ab origine ad descendenter usque arcus partem dilatata, in ascenderente ad aneurysma prona videbatur.

X. Oesophagus, postquam ab omnibus, quae praecipuerent, partibus liberatus, ligaturaque facta, dissecus esset e cadavere sumtus et sedulo perlustratus est. Illo in loco, ubi glandularum, supra dictarum indurationem nec non vomicam transiverat, dilatatio cum tumescientia tunicarum earumque ad pollicis longitudinem corrosione apparuit. Cuius quidem ope communio facta est vomi-

cae cum cavo oesophagi. Simul tunicae internae plicationes tenaci muco, huc illue in calli duritiem mutato, obductae reperiebantur. Infra illum locum angustatio canalis summa observata est, strato cartilagineo-caloso producta. Parietes vomicae callosae erant.

XI. Cum iterum inspiceretur thoracis cavaum, nunc evacuatum, obtulit sese nobis scoliosis vertebrarum dorsi, inter 5—9, a sinistra versus dextram, conjuncta cum aliqua, sed obscura admodum cyphosi. Saepius ejusmodi deformitates ex organorum thoraeis aegritudinibus oriri, satis compertum habemus; hoc vero singulare nobis visum, non cartilagines intervertebrales esse consumtas; sed potius osseam vertebrarum compaginem esse tabefactam *).

*) *Explicatio tabulae primae.*

- 1) Oesophagus superius sanns, sub arcu vero aortae
- (2) tumidus et membranarum turgescientia, et canalis dilatatione.
- 2) Aorta arcte cum illo concreta et in impressione loci tumidi decurrentis.
- 3) Perforatio oesophagi, marginibus corrosionis, qua communicabat oesophagus cum vomica sinistri pulmonis. In fundo foraminis conspicitur oppositus oesophagi paries cum rugis et pliis, callosa massa obductis. Sub 4 delineatus est margo concretionis cum pulmone sinistro. Illam 5 repreäsentat.
- 6) Oesophagus sub intumescentia apertus, ut patet, quemadmodum tunicae magis magisque incrassentur et
- 7) quo loco sit maxime arctus; pennae scilicet annserinae caule fere explendus.
- 8) Locum illum denotat, ubi interna tunica strato cartilagineo-caloso, quo etiam plicae rigescunt, tegi incipit.

Coalescere posse pulmones cum oesophago vidimus apud SANDIFORT mus. anat. path. acad. L. B., vol. I. sect. V. p. 242. t. CV. f. 1. 2. CVI. f. 1.

γ) *Pericardii*, Dyscat. thlipt. pericardiaca PLOUCQ.

αα) *Degeneratio*.

BLEULAND in sectione juvenis, sub anxietatis et summis ad praecordia doloribus mortui, pericardium invenit valde expansum, ad cordis basin admodum durum, conjunctum cum sacco ampio, inter pulmones ad spinam dorsi propendente et materia spissa, purulenta, subflavo-virescente, sed inodora, repleto. Utrum dysphagia adfuerit, auctor certior fieri non potuit; sed verosimile est, eam adfuisse, cum etiam imus oesophagus et superior ventriculi pars ex inflammatione ruberrimo colore tincti essent. BLEULAND l. l. obs. III. p. 104. Auserl. Abhandl. l. c. tom. IX. p. 732. Ibidem affirmatur etiam pericardii

ββ) *Hydropem*

gignere posse deglutitionis molestiam; quod non minus testatur RICHTERUS morb. chron. tom. I. p. 225. Vix autem constans signum esse potest, cum ab III. KREYSIGIO Krankheiten des Herzens, tom. II. p. 636 — 46. recensitum haud invenerim. Etiam e

d) *Cordis*

Aucta mole s. sthenia proficiisci interdum dysphagiam (dysc. cardiaca) PLOUCQUETUS contendit, nullo tamen exemplo probat. Neque Ill. KREYSIGIUS in celebri suo opere hujus rei mentionem fecit; propterea, si quae occurrant ejusmodi dysphagiae, rarissimas duco. Dubiam MORGAGNI observationem supra, de gl. thyreoidea verba facientes, adduximus. Dilatatione cordis provocatum morbum, eodem jure, quam aneurysmate aortae genitum alio loco considerabimus.

e) *Aortae*

aa) *Aneurysmata.*

Eorum, ut dysphagiae caussarum notitiam egregio debemus MORGAGNIO l. l. ep. XVII. et XVIII. Non solum impediti ciborum descensus et respirationis (KREYSIGIO teste) procreant molestias; sed etiam simul flatibus erumpendi viam claudunt ita, ut hi ventriculam et imam oesophagi partem distendant (ep. XVII. §. 16). §§. 19 et 20 describitur tumor in sinistra juguli viri quinquagenarii parte, durus, doloris expers, sarcinati similis, ad duorum pinguorum magnitudinem deum auctus. Prorsus, impeditae deglutitioni tandem supervenit mors, rubente facie. Inveniebantur aorta atque vena jugularis lacerata et glandulae circa oesophagum induratae. Observatur §. 25. magnum arteriae saccum compressisse oesophagum tali modo, ut metu suffocationis ni-

hil ciborum aegrota sumere potuerit. Inedia post sex dies confecta est. In viro, de quo agitur ep. XVIII. §. 17. periodica adfuit et deglutiendi et respirandi difficultas (forsan spasmodica?). In aorta ascendente magnum inventum est aneurysma. §. 22 dicitur, tubicinem, quem ars conjectrat in aneurysma insanabile, deglutiendi molestia, spirandique difficultate laborasse. Utraque adaucta, obiit diem supremum. Aliae observationes inventiendas sunt in Hist. de l'acad. roy. de sc. 1700. p. 178. et LIEUTAUD hist. anat. med. lib. II. obs. 804.

Recenter Ill. et Cel. {KREYSIG dignitatem symptomaticae hujus dysphagiae in dignoscendis arcus aortae aneurysmatibus agnovit, conf. lib. cit. tom. I. p. 369. et II. p. 503.

ββ) *Indurations.*

* *Callosa:*

Exemplum deglutitionis, certe liquidorum lacrime ob callum in aorta, loco cordi proximo, ubi oesophagus concomitans art. magnam diaphragma perforat, obortae, primus adnotavit R. DODONEUS annot. ad cap. XXX. BENIVENII de abditis, e BONETI sep. lib. III. sect. IV. obs. XXIV.

** *Ossea* (simul cum dilatatione).

Mulier quadraginta annorum ex duobus annis dysphagia laboravit interdum remittente. Locus vero fuit in superiore oesophagi parte. Ra-

mus adscendens arteriae aortae, loco, ubi proxime oesophagum ascendit, tantam subierat dilatationem, simul ossefactam, ut hic loci totius oesophagi compressionem ficeret, qua transitus cibis negabatur. Ossificationem dictae arteriae lamellatim factam esse, repertum est tali modo, ut, parte ejus desumta, in medio vasis diversae lamellae ossis, in se invicem positae, detergerentur et s. p. WILH. VAN LIL diss. med. de angina scirrhosa L. B. 1760.

γγ) *Ulceræ.*

SANDIFORT mus. anat. L. B. vol. I. sect. V. p. 245. n. XVI. tab. CVI. f. 5. et p. 242. n. VIII. tab. CV. f. 1. et 2. tab. CVI. f. 1. e DOEVERENII observ. anat. path. observ. I. Foeminae aorta, ubi diaphragma transit, ulcere perforata. Sanguis in ventriculum ejectus.

Ejusmodi ulceræ ex aneurysmatibus originem ducere, illustratur Mus. anat. path. Lips. praeparato, ubi aneurysma, nucis juglandis magnitudine in initio aortæ descendantis, saltu ortum demum oesophagum perforavit. Quo facto rupit et necavit illico hominem. Descriptionem hujus causus cum iconè publicavit Exp. CERUTTI in appendice ad KILIJANI junioris vers. germ. operis COPELANDII de symptomatibus et curatione spinae dorsi morbosæ, Lips. 1819. p. 61, tab. II. fig. 1. et 2., et Mus. path. Anat. no. 743.

§) *Glandularum tumores et indurations.* Dyscat. thlipt. choeradica; oes. thlipsis PLOUCQ. diss. et bibl. Dysph. compressoria SCHMALZ. (ad partem.)

Omnium glandularum vitia, quae compriment oesophagum, hic considerare apud me constitui propterea, quoniam gl. dorsales Vesalii frequentissimae caussae mali conspiciuntur; quae vero in collo vel sub diaphragmate sitae sunt, eadem signa provocant, ac eae, de quibus statim dissertius mihi agendum est. Jam supra verba feci de insigni harum caussarum frequentia, quam GEUNSIUS, WATHENIUS, HALLERUS et WICHMANNUS uno ore proclamarunt, quamque imprimis e constitutione scrophulosa deducendam ac explicandam puto. Negari vero nequit, plures scriptores ex relatione, ab hoc ad alium traducta, observations ad ingentem evexisse numerum. Plerumque adest sensus premens, raro dolor in distincto oesophagi loco, etiam quieto hoc, perdurans. Animadvertisit aeger, cibos ingerens, obturaculum quasi claudere canalem, quod cum in quartae vel quintae vertebrae dorsi regione observatur, maxime nobis potest persuadere, affectas esse glandulas dorsales. Videntur cibi ab initio supra colliculum transferri, dein (teste MAUCHARTO diss. §. 16.) uno tantum latere descendere. Signum huic speciei proprium se invenisse WICHMANNUS putat, nempe facilioriem esse deglutitionem, ubi situm in dorso supinum aeger petat. Hoc jam prius F. PLATER obs. libr. I. p. 211 et 12. animadvertisit,

Sed ingenue fateor, me hujus rei explicacionem frustra quaesivisse, nisi hoc confirmetur, oesophagum in isto corporis situ minus esse extensem, itaque prementi glandulae facilius cedere posse. Stylus vero exploratorius sentit externum quidem, sed durius, quam in tumoribus tunicatis, aneurysmatibus et s. p. obstaculum, parum tantum cedens. Respiratio illaesa. Ubi durante illa compressione callus oritur, facile in coalitum transiens, diagnosis difficilior ac dubia magis redditur. Conferri cum hisce possunt, quae supra de dysphagia thliptica in universum dixi.

Quasdam observationes, memoratu digniores nunc ego recensebo, quantum ad alias BONETI, LAURENTII, TH. BARTHOLINI, WHARTONII, VERHEYENII, TULPHI, RUYSCHEI, MANGETII, RIOLANI, DIEMERBROECKII, HEISTERI, VOELTERI, aliorumque lecturos ad HALLERI Elem. phys. tom. VI. p. 100 et 101. et PLOUCQUETI bibliothecam, tom. II. p. 656 et 57., et literaturam med. tom. I. degl. diff. relego.

VAN GEUNS tract. obs. V. Auserl. Abhandl. tom. IV. p. 212. 398.

MAUCHART de struma oes. §. 6—10. in HALLERI diss. chir. ed. Lausanne, tom. II. p. 402. sqq.

NAHUVS diss. Auserl. Abhandl. tom. IV. p. 10 sqq.

WICHMANN Ideen zur Diagnostik, tom. II. p. 174—181.

Porro hoc revocari possunt plurimae sanatae; dysphagiae a caussis incognitis, observationes, ex. gr.

KERKSIG obs. in HUFELANDII Ephem. tom. VIII. fasc. IV. p. 194.

Jam ad caussas dysphagiac in

††† A b d o m i n e

sitas viam nobis pandit

a) *Diaphragma.*

Variae ejus aegritudines conferunt ad extandam dysphagiā, sive organicae, sive dynamicæ. Et has a me inter caussas dysphagiae organicas ponit, nemo mirabitur, intelligens, dynamicā diaphragmatis affectionem ex. g. spasmus non dynamica ratione, sed organica, sive, si quis mallet mechanica, comprimere oesophagum. Eodem jure in caussarum distributione dysphagiā Iusoriam BAYFORDI, quae ad spasmodicam proprie pertinet, ad organicas retuli, quippe organica caussa productam. Ceterum non ignoro, dynamicas hasce diaphragmatis aegritudines dynamica quoque ratione conferre posse ad ciendam dysphagiā mex. g. inflammationem a diaphragmate ad oesophagum proserpentem, tum vero ad remotasmagis dysphagiae caussas pertinet illa diaphragmatitis.

Organicarum exempla pauca adsunt. Consistunt sive in *angustia foraminis oesophagei*, sive

in *oedematoso* diaphragmatis *turgescencia*, HALLETO et MORGAGNIO testibus. Dynamicae sunt *inflammatio* et *spasmus*. Inflammationis (quibus SAUVAGES dys. a phlegmatis accedit) exemplum protulit HEISTERUS in diss. sistente obs. med. misc. obs. 15. Non minus eam testantur PORTALIUS cours d'anat. path. tom. IV. p. 53. et JOURDANUS Dict. des sciences méd. art. Dysphagie.

Facile est intellectu, inflammatione et dia-phragma turgidum, rigidum, et sensile fieri, et hac ratione oesophagum comprimere: et vice versa a ciborum deglutitione aegre affici; duplii igitur modo impediri illam functionem.

Spasmodis diaphragmatis mulieres in primis hystericae obnoxiae videntur, consentiente MORGAGNIO l. l. ep. XXIII. §. 4. sqq. et XXVII. §. 16. VAN GEUNSIO tract. obs. 10. Auserl. Abhandl. tom. IV. p. 218. et HALLERO Elem. phys. tom. VI. p. 107.

Similes effectus habent

β) *Ventriculi*

inflammationes HEISTERO et JOURDANO testibus, nec non gravitas ex nimia ejus repletione, et excrescentiae ad cardiam. Haecce signis dignoscuntur ab ipsius oesophagi excrescentiis ortis, in primis vomitu non oesophageo; sed stomachali.

γ) Hepatis

αα) tumor et induratio.

In primis posterior hujus instrumenti pars et margo, qui spinae et oesophago proximus est, cum tumet et indurescit, thlipsis potest oesophagi provocare. Conf. BLEULAND de sana et morb. oesoph. structura p. 63. Alia quoque ratione, nempe per distractionem, pondere totius hepatis aducto productam, dysphagiam moveri posse dicitur a BONETO sepulch. lib. III. sect. IV. obs. 26. §. 2. et FANTONO in scholiis ad patris obs. anat. med. 24. MORGAGNIO teste. Simili modo in opisthotono et colli perversione oriri eam posse MORGAGNI autumat

ββ) Inflammatio.

Ethanc pertinacissimas oesophagi constrictiones sibi associare, perhibet BLEULANDUS l. c. p. 63.

Clauditur magnum caussarum dysphagiae oesophageae organicarum agmen

δ) lienis

tumore et induratione, quas F. BARTHOLINUS se Romae observasse; dysphagiam provocantes affert.

Cujusnam generis fuerit illa supremi oesophagi strictura, quam a HOWIO obturaculis, s. d. bougies, iisque causticis feliciter sanatam narravit HOWSHIP pract. obs. in sturg. et morb. anat. p. 253 — 54, discernere prorsus nequeo.

Jam equidem aggredior alteram caussarum dysphagiae oesophageae classem, carum scilicet, quae ex virium abnormitate oriuntur. Eodem jure, ac organicas, utpote proximarum et occasionalium characteres itidem denegantes; propriores, vocare audeo; ratione enim repugnat, eam proximam vocare, quae iterum aliam requirit e. g. inflammationem. Igitur

B. *Caussae Dynamicae.*

A. *Cum aducta sensibilitate.*

- a) *congestio.*
- b) *inflammatio.*
- c) *spasmus.*

B. *Cum imminuta sensibilitate.*

- a) *stagnatio.*
- b) *paralysis.*
- c) *gangraena et sphacelus.*

A. *Cum aducta sensibilitate.*

- a) *Congestio.* Strictura oesophagi aneurysmatica SCHMALZ.

Oesophagus, instrumentum sanguine praepollens, omnis generis congestionibus obnoxius esse

et inde in actione sua valdopere impediri potest. Anenrysmata quoque vasorum oesophagi inveniri, tantum e SCHMALZIO compertuni habeo, et desunt illorum exempla; puto vero, ea ad congestionem optime numerari posse. Solet quidem congestio cum inflammatione consociata esse plurimum; attenuatamen etiam sola occurrit. Signa ejus haec reperiuntur: sensus ardens in oesophago, oesophagorrhagia; dolorifica deglutitio. De caussis remotioribus nihil quidem adhuc constat; concludi vero potest, esse notissimas congestionis in generé. Huc v. g. spectare videtur GEUNSII obs. X. n. 4. vers. germ. in Auserl. Abhandl. tom. IV. p. 412. Femina dysphagia laborabat, eaque dolorifica, cum dolore in cardiae regione. Post vehementem insultum, cum vertigine conjunctum sanguinem et vomuit et alvo excrevit; quo facto deglutitio facilior redditia est. Non minus huc relegandum puto casum a MONTATO in Hist. de l'Acad. Royale d. Scienc. an 1768. p. 50. sqq. narratum, ubi femina medici Monspeliensis, temperamento cholericico, affecta est angina cum febre satis forti. Absente marito tartarum sumsit emeticum, illoque alyum quidem exoneravit, sed simul dysphagiā procreavit. Reversus domum medicus venaesectionem imperabat, qua febris mitigata est, nullo modo vero dysphagia. Neque hirudines, neque vesicantia, neque stylus inimissus plumbens viam aperire potuerunt. Tandem gla-

ciem tritam deglutire conabatur aegrota, ab initio sine emolumento, sensim vero postea melior ac liberior facta est deglutitio. Quamquam putaverit auctor spasmo morbum esse adnumerandum; tamen meliori jure ad congestiones trahi posse, mihi videtur tam e signis, quam e curatione. Conf. Auserl. Abhandl. tom. I. p. 61 — 63.

b) *Inflammatio*, oesophagitis, Dysphagia inflammatoria SCHMALZ, morbus oesophagi inflammatorius HONKOOP, Dyscatabrosis phlegmasitica et rheumatica, oesophagi inflammatio PLOUCQUET bibl. et diss. Dysphagia a phlegmasiis SAUVAGES (partim). Latet porro sub angina inflammatoria BOERHAVE, SWIETEN. Huc non minus spectant Dysphagia a siccitate SAUVAGES et Dyscatabrosis xerotica PLOUCQUET.

Valde adhuc neglectus videtur gravissimus hicce oesophagi morbus, minus raro occurrens, quam plurimi putarunt medici et omnino dignus, ut oesophagitidis nomine distinguatur. Haud semel enim sub vaga anginae denominatione latuit haecce inflammatio, quae pro natura organi, quod occupat, fibroso-membranosa, acerrima plerumque observatur. Interim quidam meliores scriptores dignitatem ejus agnoverunt et aestimarunt: inter recentiores ex. g. REILIUS, qui in libro: de cognoscendis et curandis febribus, tom. II. p. 377. sqq. perbene anginas inflammatorias in duas divi-

sit classes, quarum altera affectiones instrumentorum respirationi, altera deglutitioni inservientium amplectitur. Hanc denuo disjunxit in faucium et oesophagi inflammations. Egregie vero de omnibus, sed in primis de oesophagite disseveruit. Inter veteres jam **GALENUS** de loc. aff. lib. V. cap. V. signa hujus morbi pathognomica posteritati tradidit, quorum quidem dignitatem deinde **FERNELIUS**, **F. PLATERUS**, **SWIETENIUS**, **F. HOFFMANNUS** et per pauci alii agnoverunt. Inter omnes vero primus **N. HONKOOP** Lugduni-Batavus hanc inflammationis speciem sub proprio nomine descripsit et definivit in specimine inaugurali medico de morbo oesophagi inflammatorio L. B. 1774. Sed parum innotuisse videntur ea, quae in primis e **DOEVERENII** observatione egregie ille medicus exposuit. Certe plurimi e recentioribus, **CONRADIO** et **A. G. RICHTERO**, qui quidem **REILIIUM** secutissunt, exceptis, oesophagitem cum anginis commiscuerunt, licet. glossitidem, minoris dignitatis morbum, ut propriam speciem uno ore proclamarent. Quod vero oesophagi inflamatio fusius hoc loco tractetur nemo mirabitur, **PORTALII** meum sententiae, experientia comprobatae: „l'inflammation de l'oesophage est toujours accompagnée de la dysphagie.“ **Cours d'ant. med.** tom. IV. p. 535.

Signa morbi pathognomica haec observantur: dolor vehementissimus, acerrimus, fixus in tractu

oesophagi, ad dorsum in primis perceptus, animad-
vertente primum GALENO, deglutitionis nixu, ea-
que ipsa, adeo lenissimorum ciborum, situ aegroti
supino, et respiratione profunda, valde aductus,
pungens, tantusque, ut saepius deglutitio plane
aboleatur et ingesta motu convulsivo per os vel
nares rejiciantur. Quae quidem signa cum con-
juncta sunt cum reliquis inflammationis sympto-
matibus, tumore, ardore, cephalalgia, febre, in-
primis pulsu duro, secretionibus suppressis et cet.
concludendum est, vere adesse oesophagitem.
Secretionum suppressio observatur quoque in ipso
oesophago, ita quidem, ut subtilissimi illi glan-
dularum mucipararum ductus excretorii, humo-
rem, quo oesophagi canalis in sano statu perpe-
tuo illimitur ac lubricatur, non excernant, ita
difficilem reddant deglutitionem et cogant aegro-
tos quemcunque bolum liquidorum ope in ventri-
culum quasi delnere. Remanet haec conditio post
inflammationes aliarum adeo partium e. g. ventri-
culi teste F. HOFFMANNO diss. de morbis oes. p.
11., vel adest cum inflammationibus occultis,
praesertim rheumaticis *) et vocatur: siccitas oe-
sophagi (vid. supra) s. ariditas glandularum oeso-
phagi (a MORGAGNIO). Comprobatur a NAHUY-
SIO et GEUNSIO, qui quidem insigne ejus retulit
exemplum in obs. IV. tract. vid. Auserl. Abhandl.

*) Hujus generis observatio illa esse mihi videtur quam
e nov. Act. N. C. tom. I. suscepit CAPPEL in libellum
mediz. Beobachtungen, tom. I, obs. 56. p. 528 sqq.

f. prakt. Aerzte, tom. IV. p. 205—6. et p. 399.
Simile narrat DETHARDING Eph. N. C. cent. I.
app. no. 10. ad obs. 162. Neque minus huc re-
fero illam a Nicotianae fumi suctu provocatam
dysphagiam, cuius memoriam fecit A. GOCKEL
Ephem. N. C Decur. III. ann. VI. obs. 79.

Varii oesophagitis esse possunt gradus, ple-
rumque vehemens est et phlegmonosa, licet mi-
nori gradu, quam faicum inflammations. Ori-
tur ex plurimis istis caussis, quae supra, ut dys-
phagiam in universum provocantes enumeravi,
quaeque favent in genere gignendae inflamma-
tioni. Inprimis huc spectant refrigerium, ingesta
venenata, acria, drastica, emetica et s. p. aroma-
tica, spirituosa. Oritur a variolis confluentibus,
observante et sectione comprobante HOWSHIP
pract. obs. in surg. and morb. anat. p. 253., a cor-
poribus heterogeneis oesophago illapsis. Caussae
demum esse possunt animi pathemata excitantia,
iprae ceteris ira. Favent vero etiam oesophagiti-
dis genesi catarchi (conf. R. BOYLII de utilit.
phil. exp. exerc. V. add. p. 432. exemplum le-
thale), partium vicinarum inflammations, cache-
xia scrophulosa, venerea, arthritica, exanthemata
varia ex. g. morbilli, (de variolis paullo ante
(dictum est) demum hydrophobia. Docent hujus
morbii symptomata, pharyngis et oesophagi in-
flammations saepius sese associare; pluries enim
in hydrophobicis post mortem vestigia inflamma-
tionum illarum partium deprehensa sunt. Hoc,

omissis aliis, testantur: BOERHAVE aph. 1140., RIEDEL Act. acad. elect. Mogunt. Erford 1757. p. 34. TAUVRY Mém. de l'Acad. Royale d. Sciences, 1699. ZWINGER Ephemer. N. C. Dec. III. ann. II obs. 104. DREYSSIG Handb. der chron. Krankheiten, p. 425 et 426, et FERRIAR med. facts and exper. vol. I. Sed tamen vero simile est, posse quoque dysphagiam, hydrophobiae comitem a spasmo oriri.

Brevis esse solet dysphagiae inflammatoriae decursus: plerumque inter quatuor dierum spatium absolvitur, dum resolutione cedit, vel metastasi migrat; quod nisi fit, transit in suppurationem (vid. supra exulceratio oesophagi) vel indurationem (conf. haec, supra descripta) vel in gangraenam et sphacelum, de quibus infra sermo erit. Induratio ut plurimum sequitur inflammations oesophagi chronicas et obscuriores. Sectio ne comprobavit dysphagias inflammatorias idiospathicas, inter alios MORGAGNI l. c. ep. VIII. §. 25., ep. XXXVII. §. 30., ep. LIX. §. 15. Haec orta fuit a nimia Extr. Hellebore dosi. De reliquis vid. VOIGTELIUS anat. path. vol. II. p. 410*).

* Quomodo a potu vini Malvatici in radieem Symphyti s. Consolidae majoris infusi, oriri possit dysphagia (plerumque strangulans; a SCHURIGIO vero jocosa seu potius malitiosa vocata, et ceterum aceto eurata) de qua narrat HOECHSTETTERUS obs. med. Dec. III. decas V. p. 234. et ex hoc SCHURIGIUS chylolog. p. 265., equidem non intelligo. Illa enim radix Symphyti officina-

c) *Spasmus.* Dyscatabr. spastica cum subspectiebus PLOUCQUET diss. strictura oesophagi spasmodica SCHMALZ, dysphagia spasmodica SAGAR et SAUVAGES, spasmus gulæ DE HAEN. Huc quoque pertinet globulus hystericus auctorum.

Haecce dysphagiae species, quam FR. HOFFMANNUS primum illustravit, si unquam, rarissime tamen ut morbus idiopathicus observata est. Comitari enim solet nonnullas et inflammatorias et nervosas, spasmodicasque majoris momenti affectiones. Oritur e variis oesophagi, in primis nervosarum partium laesionibus, quas supra contemplati sumus, seque iiscum conjungit et sive periodicas et variabiles reddit: sive certe symptoma vario modo immutat. Siquidem ea symptomatum inconstantia et periodicus illorum redditus genuina sunt morborum spasmodicorum omnium signa, haud aliter cognoscendae inserviunt dysphagiae spasticae. Sensus adest constringens in aliqua oesophagi parte, ut plurimum in inferiori; saepius vero mutatur ille locus et surgere videtur illa constrictio (globus hystericus). Interdum ad dolorem evicitur constrictio, versus spinam dorsi et scapulas vergentem. Illoco aggredi solet aegrot-

lis L. nil in se continet, nisi mucum cum principio extractivo dulci conf. VOIGTEL mat. med. ed. KUEHNIS, vol. II. p. 97. Explicari inde nequit, quomodo inflammationem, vel spasmum, vel paralysin facium vel oesophagi procreare possit. Specifica subesse debet actio, experientia nondum satis probata.

tos haecce dysphagia, quae sapissime neque liquidorum, neque solidorum admittit deglutitionem. Haerent enim solida in loco spasio affecto per aliquod minuta, dum rejiciantur; facilis ingeri possunt liquida, sed parva copia et tepida, nam majori copia et frigida statim respnuntur. Stylus exploratorius valide amplexatur. Adsunt signa spasmi universalia, pulsus contractus, subdurus, extremitates frigidæ, urina aquosa et q. s. r.; associantur vero etiam aliarum partium spasmi v. gr. ventriculi (conf. F. HOFFMANNI medic. consultat. tom. XI. cas. III.), affectiones asthmaticæ, tussis, suffocatio, haud raro sanguinis enormes motus, dein borborygmi, ructus, vomitatio, excretio muci aquosi e ventriculo, porro affectiones quaedam, mere nervosae, aphonia, lipothymia, deliria et q. s. a. Ad spasticam hancce dysphagiæ pertinet quoque horror ille quorundam aegrotorum in aspectu liquidorum, vel corporum nitentium ex hydrophobia notissimus (dyscatabr. spastica hydrophobica PLOUCQUET), enjus quidem umbra conspicitur in nervosis et sensilibus hominibus ex irritata imaginatione, cum res, nentiquam semper ingratis, devorare moliantur. Hic loci memorandum est celeberrimum illud exemplum foeminae, quae omnia, excepta hostia consecrata, deglutire potuit. Narrat de ea LENTILIUS Eph. N C. cent. VII. obs. 61. Eam phantasticam appellare PLOUCQUETO placuit. Neque minus singularis luc spectat casus, cuius auctor

est HARDER in Apiario obs. XXXX. p. 181. Conquestus est vir quidam de miris olfactus incommodis ita, ut quam primum rem fragrantem sentiret, dysphagia et simul aphoniam afficeretur. Facile gignitur haecce species in constitutione tenera, gracili, ubi habitus nervosus et summa sensorii irritabilitas locum habent; imprimis in mulieribus et infantibus. Remanet ea quandoque post inflammations (Dyscat. spastica hyperaesthesia PLOUCQUET diss.) testante GOOCH cases ed. II. p. 108., oritur post haemorrhoides suppressas teste F. HOFFMANNO med. consult. tom. III. dec. III cas. VII. et tom. X. dec. I. cas. VI. A vitri frustulo, non in oesophago, sed in ventriculo vel intestinis haesitante producta est in hist. II. dissertationis VATERIANAE. Vermes in intestinis hospitantes eam excitasse WURZERUS observavit conf. HUENERSDORFF de dysph. p. 34 nota. Ea est dyscatabr. sp. sympathica γ) helminthica PLOUCQUET secundum ESCHENBACHII exemplum in libro: vermische Bemerkungen 1. Vermis vero fuit in ductu choledoco et hepatico.

Spasmodicis similes affectiones in pharynge atque oesophago, ut Belladonnam et Stramonium omittam, ab Agarico muscario L. et similibus quibusdam speciebus provocantur. Ait de iis cel. PERSOON in opere nuperrime edito: *Traité sur les champignons comestibles, contenant l'indication des espèces nuisibles etc.* Paris 1818. p. 159: „En

les mâchant et en voulant les avaler; on sentira une difficulté dans la déglutition.“

Dysphagiae spasticae *idiopathicae* exempla haec me invenisse puto:

1) ZIMMERMANNI in Act. Helv. vol. II. p. 94. Puella hysterica per quinque annos dysphagia, ut plurimis medicis videbatur, organica et propterea insanabili laboraverat. ZIMMERMANNUS spasmodicam ejus naturam bene perspiciens, intra paucos dies puellam sanitati reddidit.

2) Insignem observationem, qua dysphagia relictta fuit spastica a bolo carnis calidissimae in oesophago puellae aliquamdiu haerente et vehementem dolorem, summam anxietatem, imo suffocationis periculum excitaute, communicavit LEN-TINUS, Beiträge zur ausübenden Arzneiwissenschaft, tom. II. p. 209 et 210. Similem casum

3) F. HOFFMANNUS med. consult. tom. I. dec. V. cas. IV. narravit.

Ceterum sympathica obvenit

I. *in morbis systematis sensibilis*

α) in opisthotono. Dyscat. sp. encephalopathica PLOUCQUET diss. Conf. FORESTUS obs. lib. X. obs. 112 et 113. BONETUS sepulch. lib. I. sect. XIII. obs. XV. (teste VOIGTELIO) et lib. III sect. IV. obs. I. Breslauer Sammlung, exp. XXIX. p. 97.

α) in tetano }
γ) in trismo }
δ) in epilepsia } SAUVAGESIO teste. Nosol.
 meth. tom. IV. p. 120.

ε) In hypochondria conf. Exp. HAASE morb.
chron. tom. II. p. 266 et 278. RONCALLI hist.
morb. elect. hist. XXI.

ζ) In hysteria. Dyscat. hysterica SAUVAGES
Exp. HAASE ibid. p. 286. J. B. VAN HELMONT
tract. de asthm. et tussi n. 31. p. 368. VAN SWIE-
TEN Comment. in BOERHAVII aph. 848. RIEDLINI
lin. med. ann. II. (1696.) Febr. obs. X. p. 67.
BERGER Act. Helv. tom. VII. n. 6.

Forsan etiam hydrophobia hoc spectat.

II. *In morbis systematis irritabilis.*

α) In cordis et aortae dilatationibus, teste
ILL. KREYSIGIO: Herzkrankheiten, tom. I. p. 369
et 370.

Quo pertineat illa dysphagia, quam MEAD of
the mad dog p. 147; palpitationem cordis, eam-
que vehementissimam comitantem et hydropho-
biae similem observavit, nescio; sed probabile
videtur, eam a morbo cordis vel vasorum majorum
pependisse.

β) In abnormi subclaviae dextrae origine et
decursu. Vid. supra nativas dysphagiae caussas.

γ) In febribus inflammatoriis et nervosis.

Talem in paroxysmo epialae observavit SAU-
VAGES l. l., in febre nervoso-putrida BANG: Aus-

wahl aus den Tagebüchern des K. Krankenhauses,
Kopenhagen. Januar 1788.

Huc, num releganda sit RHODII obs. med.
cent. II. obs. 48.: an potius ad inflammatoriam
dysphagiam, dubius haereo.

δ) In inflammatione pericardii.

Spasticae certe naturae illa fuisse videtur dysphagia, cuius mentio facta est a PORTALIO hist. et mém. de l'Acad. Roy d. Sciences de Paris. 1780. p. 330 et 331. Foemina perpessa deglutitionis molestiam et vocis alienationem ex ignota caussa, demum obiit. Organa deglutitionis et vocis perfecte sana reperiebantur; sed pars pericardii, multos nervi recurrentis ramos excipiens, fuit inflamata. Similem dysphagiam oriri vidit idem PORTALIUS in phthisicis, congesto nempe ad pulmones sanguine.

III. *In morbis systematis reproductivi.*

α) In statu bilioso, Dyscatabr. sp. sympath.
β biliosa PLOUCQUET diss. Med. ess. et obs. of Edinbourg, vol. I. obs. 28. vers. germ. p. 360.

β) In statu pituitoso-vermiioso: De hoc jam supra diximus.

γ) A nimia ventriculi repletione productam dysphagiam spasticam in quatuor foeminitis uno eodemque tempore observavit FERREIN hist. de l'acad. roy. des sciences, au 1768. p. 45. Cum una ex iis, cui cedere aliis remediis noluit mo-

lestia; emeticum sumere non posset, fumio Nicotianae suctu vomitus ciebatur, quo facto sanata est. Conf. Auserl. Abhandl. tom. I. p. 59 sqq. Dicitur haec dysphagia ab auctore spastica, quod nisi fuerit, putaverim, mechanica ratione, nempe ventriculi gravitate, et sequente inde oesophagi detractione ortam fuisse. Conf. causs. organicae ventriculi.

B. *Cum imminuta sensibilitate.*

α) *Stagnatio.*

Jam NAHUYSIUS, licet nunquam eam observaverit, statuit tamen: posse omnino gigni varices in oesophago, et posse cas dysphagiae ansam praebere. Confirmatur autem haec hypothesis a cl. PORTALIO Cours d'anat. méd. tom. IV. p. 539. hisce verbis: „Des crachemens de sang ont eu lieu quelquefois par cause de varices dans le pharynx ou dans l'oesophage.“ Doleo, quod neque I. l., neque alibi ulteriore hujus speciei descriptionem invenire potui. Conjectari tamen potest, morbum cognosci posse e sanguinis venosi, carbonisati ejectione, ex lentae circulationis sanguinis signis in universum, e suppressis forsitan consuetis profluviis cruentis, e constitutione venosa et s. p. Putaveriem, historias, a F. HOFFMANNO in med. consult. I. l. narratas (dysphagiae a suppressis haemorrhoidibus) huc relegari posse, nisi ipse auctor celeberrimus dysph. spasticas appellasset.

β) *Paralysis.* Dyscatabrosis paralytica PLOUC-
QUET diss. Dysphagia paralytica, atonica SAUVA-
GES D. torpida, Pharyngolysis, Pharyngoplegia,
angina paralytica SCHMALZ.

Gradu et origine maxime variat hincce oeso-
phagi morbus. Modo subito, modo lentius acce-
dere solet, mox perfectam ostendit relaxationem
(paralysin), mox imperfectam (paresin). Haec
interdum locum habere videtur eo modo, ut sive
fibras tantum longitudinales *) oesophagi aggre-
diatur: sive circulares. Hoc ex symptomatum di-
versitate infra illustrabimus. Ut plurimum sym-
ptomatica esse solet; idiopathica vero ea fuisse vi-
detur, quam STALPART et BASTER describunt in
act. phys. med. N. C. vol. VIII. obs. 21. p. 58. et
GEUNSIUS hisce fere verbis commemorat: puella
viginti annos nata, habitu leucophlegmatico affecta
est dysphagia. Exploratione nulla prodiit oeso-
phagi aut contractio, aut obstipatio. Remediis
excitantibus frustra adhibitis, functio oesophagi
plane periit. Jussa itaque est aegrota, ut cibos
bene masticatos primo digito, dein stylo detrude-
ret. Ita vires et sanitatem recuperavit et per qua-
tuordecim menses servata est. Simile exemplum
retulit WILLIS in pharin. rat. tom. I. sect. II.
cap. I. p. 45. Hic aegrotus stylo balacnacco, cui

*) Illa tunica musculosa ab antiquis ex. c. ab AVICENNA
(cap. de gula) musculus dicebatur oesophageus.

spongia affixa erat per sedecim annos alimenta detrusit. Signa morbi haec observantur:

Cito plerumque afficiuntur morbo homines, ut plurimum seniles. Explorazione chirurgica nullum observatur impedimentum. Deest doloris et pressionis sensus, neque monstrare potest aeger, quo loco ingesta haereant. Durioris indolis cibi melius deglutiuntur liquidis, in primis ea audacter hausta omnino respuuntur cum multa pituitae copia commixta: vel ingenti cum tussi et strepitu singulari, suffocationem minitantibus. JOURDANUS l. l. contendit hoc propterea fieri debere „parce que la déglutition des fluides exige plus d'efforts et un accord plus exact de toutes les puissances, qui doivent l'opérer;“ sed dubito, an haec explicatio sufficiat. Constat enim, posse interdum bibentes immoto gulture bibere. Sin modo glottis probre clausa sit, non video, quid fluidorum impedit per oesophagum delapsum. Ex mea quidem sententia duae rationes existunt, cur solida in hacce morbi specie melius deglutiuntur liquidis*): 1) transeunt facilis glottidem, quae plerumque simul paralysi affecta est.**) 2) Irritare videntur solidi et majores boli relictam ex morbo sensibili-

*) De deglutitione liquidorum plura leguntur in SCHURIGI chylologia.

**) Posse vero et deficiente plane glottide loquendi vim et deglutiendi facultatem remanere, patet e MORGAGNII Ep. XXVIII. §. 13. Tum musculi arytaenoidei, solito validiores, glottidis vices gerunt.

tatem nervorum, et musculos ad contraetiones excitant.

Sed redeo ad signa morbi diagnostica. Multum quoque lueis afferunt medio morbi, quibus ortum debere aut certe sese adjungere solet dysphagia a paralysi. Solet etiam, in genere, superior pharyngis pars eolore pallidiore et collapsa inveniri.

Perparum differunt symptomata quantum ad gradum morbi, ita quidem, ut eum minor est et stratum solum musculosarum fibrarum longitudinalium paralysi affectum: praeterquam quod collapsus reperiatur oesophagus vel quodammodocontraetus, omnia sese habeant, uti modo dixi: eum vero circulares fibrae laborant, pateat oesophagus ob praepotentem fibrarum longitudinalium actionem et propterea minoris ambitus eibi et potus, sin modo glottidem transiverint, lege gravitatis et cum strepitu in ventriculum delabantur. Interdum paralysis partem modo oesophagi infestat. Imam ex. g. affeeisse videtur in casu a HEISTERO narrato (eonf. SPIESS diss. de deglutitione istiusque laesione p. 29): Nobilis quidam Brunsvicensis omnia deglutire potuit, excepto ultimo semper bolo. Hoc mihi ita fingo: paralysis aderat immo oesophagi, itaque bolus primus tantum prope ad illum locum, nec ultra progrediebatur; secundus mechanica ratione illum penitus depressit, et iterum deprimebatur ipse ab inseguente; necessario inde ultimus non potuit in ventriculum detrudi. Acei-

dit vero etiam, ut tantum atonia aliqua adsit, vel soluimmodo interna tunica relaxatione laboret; quo facto et lentior ac molestior redditur deglutitio, et facile inde dilatatio et plicatio abnormis, in diverticulum saepius transiens, exoritur. Solet dysphagia oesophagea paralytica provocari praeceteris in senibus, post nimias humorum excretiones, a nimio potulentorum aquosorum et calidorum usu, quid? quod? ex injectionibus saturninis natam observavit C. DE MERTENS obs. med. Vindob. 1784. tom. II. cap. IV. Hoc omnino probabile et e singulari saturninorum, in tunicam tubi cibarii internam, actione, explicare posse mihi videtur. Relaxatur nempe illa ex remedii usu, et plicatur vario modo, ita quidem, ut stricturae partium oriri videantur. Sed neutquam musculosam attingunt tunicam. Ita vidi in cadavere hominis phthisici, qui saccharo saturni largiter usus fuerat, omnem intestinorum, in primis tenuium tractum hoc modo complicatum, ventriculum autem plica tantae magnitudinis circulari praeditum, ut duplex quasi ejus cavum videretur. Poterat vero illa complicatio digitis facilis opera extricari et tunicae subjacenti adaptari, ex quo patuit, musculariem membranam idiopathice nullo modo fuisse affectam.

Sequi saepius solet paralisis oesophagi catarrhos conf. C. DE HELIWICH Eph. N. C. cent. V. et VII. obs. 59.; interdum hemiplegiam vid. HILDANUS obs. chir. cent. V. obs. 34. Februari quart-

tanae accedere eam vidit BALLONUS lib. II. cons.
14. Post spasmum cynicum observavit TULPE obs.
med. lib. I. cap. XLII. Frequenter apoplexiae evadit
sequela, testantibus praeter alios WINKLERO Eph.
N. C. Dec. I. ann. VI. et VII. obs. 40. SCHMIDTIO
ibidem ann. IV. et V. obs. 162. et LENTILIO ibi-
dem Dec. III. ann. VII. et VIII. app. p. 129.
Oritur vero etiam saepius sub finem typhi conf.
SALMUTHUS obs. med. chir. cent. III. obs. XVI.

Porro de hacce dysphagiae specie, jam GALE-
NO (de loc. aff. lib. V. cap. V.), AETIO (Tetrab.
II. serm. II. cap. 33.) et HALY ABBATI (tom. IX.
cap. 24.) probe nota, permulti alii disseruerunt;
egregie autem E. HOFFMANNUS in med. consult.
tom. I. p. 232 sqq. et med. rat. syst. tom. IV.
part III. p. 449., SWIETENIUS comm. ad BOER-
HAVII aph., MORGAGNIUS de sed. et causs. morb.
ep. XXVIII. §. 14., GEUNSIUS (in tract. de degl.
imped. versio in Auserl. Abhandl. z. G. pr. A.
tom. IV. p. 199 sqq. NAHUYSIUS ibid. p. 18. 27.
VOGELIUS in acad. praelect. WICHMANNUS in id.
diagn. tom. II. p. 188 sqq. PORTALIUS vero in
Cours d'anat. med. tom. IV. p. 536. Monogra-
phiam de Dysphagia paralytica conscripsit PIP-
PING, Åboae 1802.

S p h a l m a t a.

- Pag. 1. linea 5. sup. lege: *νευαγχη* pro *νευαχη*.
— 3. — 11. inf. — vertebrárum pro vertebraním.
— 4. — 12. sup. — a pro e.
— S. — 8. — — Ploucquet pro Plouquet.
— 10. — 4. — — Ploucquetus pro Plouquetus.
— 11. — 5. — — definitionem pro definitione.
— 20. — 7. — — dynamica pro dynanica.
— 22. — 6. — — dysphagia pro dysphagiae.
— 27. — 3. inf. — ei pro eae.
— 33. — 12 et 13. sup.. lege: terminati pro terminata.
— 41. — 8. inf. lege: minusve in pro minus vein.
— 45. — 6. sup. — GEUNSII pro GEUNSI.
— — — 7. — — palpitatio pro papitatio.
— 51. — 12. inf. — vidit pro videt.
— — — 4. — — callositatem pro collosiatem.
— 52. — 12. sup. — post potationibus: et succubuit dys-
phagiae.
— 93. — 7. sup. — rerum pro verum.

Tabularum explicatio invenitur p. 61 et 98.

